ſione iniuriarū: ⁊ moderatione
penarum: vbi dr̄: ꝙ cū ei impro
peria dicerentur non iudicauit.
Sicut fuit illud. Galias Ceſar
ſubegit. Nicomedes Ceſarez ⁊
Nicomedes non triumphat q
ſubegit Ceſarez. Imponebatur
enim ei: ꝙ Nicomedes rex Bi/
tinie fuit abuſus eo in iuuentute
nephādo.ſ.flagitio. Et cū multa
conuitia de hoc audiret: ſemper
diſſimulabat. Similiter cum la/
to clauo vſqꝫ ad manus fimbria
to vti eſſet conſuetus: ⁊ laxiꝰ cin
gereꝛ. ait Scilla admonēs opti/
mates: vt puerū male cinctū ca/
uerent. In eodē li.legit: in acie ꝓ
clamaſſe: vt ciuibus parceret qū
pugnauit contra pompeiū: ⁊ ciui
bus ſuorū conceſſit ſeruare vnū
quē vellēt ptiſ aduerſe: qn̄.ſ.eēnt
capti: Nec leguntꝛ vlli periſſe ab
eo niſi in ꝑlio exceptis Affricano
⁊ Lptio. Et nec hos etiaz: de vo
luntate eius peremptos putant:
vt dr̄ ibi. Similiter cum eſſet cu/
pidiſſimus margaritarū: ⁊ dice/
ret Cecilio: vt aliquid faceret. rn̄
dit. Prius ſaciaberis margarit̄
Similiter: cū quidā diceret: vel/
lem: me ad cenā inuitaſſet: ꝓfecto
nihil reliquiarū fuiſſet: nunc me
reliquie veſtre exercent. Impo/
nebatꝛ eni ei: ꝙ eēt auarꝰ ⁊ cupi
dus: Siſr de Ceſare Auguſto
legit prout dicit. Poli.li.iij.c.xv/
iij.ꝙ mire patientie fuerit. Cum
eim aduerſus priuatū quendam
eſcandeſceret: loquere inquit Au
guſtus qd̄ placet: qꝛ diligentiam
auribus: ⁊ lingue taciturnitatez
indixi: quietem aio. Et in oībus
his potentiam meā acuſa: qꝛ nil
aliud argui pōt in patientia mea
Unde obſeruatū eſt: ꝙ quotiens
ingrederetꝛ vrbem: ne de quoqꝫ
ſuppliciū ſumeret. Et ibidem dr̄
ꝙ cum qdam ſibi diceret: o tyrā
ne: reſpondit. Si eſſem nō dice/
res. Itez Curtius eques Roma
nus: cum macrū turduz ſumpſiſ
ſet in conuiuio Ceſaris: interro/
gauit an mitteꝛ liceret: reſpōdit:
Quid ni liceat? Ille ſtatim per fe
neſtrā miſit Similiter miles per
ſuus aucupij: noctuam que Ceſa
rem ingetabat: ſpe ingentis pre/
mij captam duxit ad ceſarē. hoc
laudato: iubet imperator: mille
nummos dari. At ille auſus eſt
dicere. Malo vt viuat: auēqꝫ di
miſit. Abijtqꝫ contumax miles:
non ſine admiratione multorum
Ceſare n̄ offenſo. Itē Auguſtꝰ in
pollionez ſcripſerat pheſeninos.
Cātica.ſ.nuptialia. At ego iquit
Pollio taceo. Non.n. ē leue in
eū ſcribere q pt ꝓſcribeꝛ. Sicut
aūt non facile concipiebat iram:
ita nec facile admittebat ad ami/
citiā: ⁊ quem ſemel admiſerat cō
ſtantiſſime retinebat. Et eidez in
V tra varia dedecora a quodā pro/
broſo obiectum eſt: ꝙ adoptōez
auunculi: ſtupro meruerit: quia
cum Iulius ceſar amaſſe artius
dictus eſt: non ſine rubore ꝓſtra
te amicitie. Aliꝰ quoqꝫ iratꝰ obie
cit ꝙ ſolitus eſſet crura ardenti ſa
ce ſuburere quo mollior ſurgereꝛ
pilus. Item eo tyrānizante inqt
plebeius. Uides ne: vt Cinedus
orbem digito temperat? Et cum
magnus ob corporis breuitatem
cōuiciātis cuiuſdaz impetu dice/
retur: ſibi calciamentis grādiuſ/
Z culis eſſe vtēdū. rn̄dit. ¶ De Ti/
berio quoqꝫ legitur: ꝙ lz in mul/
tis fuerit vitioſus: aduerſuſ tamē
conuicia patiēs fuit. di. ꝙ in ciui/
tate linguas eſſe liberas: ⁊ men/
tes hoīum oportebat. ¶ Similr
Domitianus patiens fuit ꝟ hoꝛ.
Cui fertur dixiſſe orator Lucanꝰ
Non eſſe mirum ſi eneaz habe/
ret barbam: cui os ferreum: cor
plumbeum eſſet: eo ꝙ dura dum
taxat loquebatꝛ: que ex iniquitatiſ
adipe magis ꝙ̄ corde cōceperat
A procedebant. ¶ De patiētia quo

ꝙ mirabili Auguſti Ceſaris dic
Sen̄.iij de ira. Qd̓ cum Tima/
gines hiſtoriarum ſcriptor: que/
dam in ipm Ceſarē: quedam in
vxorem: quedā in totā domū di/
xerat. nec dicta perdiderat: ſʒ cir/
cūferebat: ait in ore eorū eſt .the
meraria vrbanitas. Et ideo illuʒ
B ſepe monuit Ceſar: vt lingua mo
deratius vteret. Perſeuerāti v̓o
illi, domū ſuam interdixit. Con/
ſueuerat tn̄ ille aſſumi in contu/
bernio polliōis: q libroſ: acta Ce
ſariſ: continentes. Idē Thimar
gines combuſſit: ⁊ tn̄ Ceſar nec
motus eſt: ꝙ laudib⁹ ſuis geſtiſ/
ꝙ manus intulerat. Nunꝗ cuʒ
hoſpite inimici ſui queſt⁹ ē. Vn̄
arguit ibi Sen̄ bene: Dicat: ſibi
quiſqʒ: quotiens ira laceſſit. Nū
quid in domo mea plus poſſum
ꝗ toto orbe terrarū diuus Augu
ſtus potuit? Ille tn̄ contentus eſt
C a cōuiciatore ſuo ſecedere. Quis
ſum ego: cui⁹ aures ledi nephas
ſit? Multi ignouerūt hoſtibus:
ego non ignoſcam pigris: negli/
gentibus: garulis? Ubi ſubdit: q̄/
debent mouere hoīem ad igno/
ſcendum. Puerū inquit etas ex
cuſet: feminam ſexus. extraneuʒ
libertas: domeſticū familiaritas
Sequit. Amicus eſt. ſ. qui offen/
dit: fecit quod noluit: inimic⁹: qd̓
debuit: prudentiori cedam⁹: ſtul
tiori remittamus. Pro quocun/
qʒ illud nobis rependam⁹: ſapiē
tiſſimos etiam viros q̄nqʒ delin

quere. Neminem eſſe tam circū
ſpectū: cuius non diligentia ſibi/
ipſi aliqn̄ decidat: neminem taʒ
maturum: cuius non grauitateʒ
in aliquod fedius ſcm̄ caſus im/
pingat: neminē tam timidū offē
ſarum: qui non in illas duʒ vitat
incidat. Nobiles enim viri deſ/
piciunt opprobria ⁊ cōtumelias:
ait ibidem: ponens exemplū bo
num. Proprium eſt inquit ma/
gnitudinis vere: nec quidē ſenti/
re ſe percuſſam. ſ. iniurijs. Sicut
eniʒ imanis fera ⁊ magna: ad la
tratum canū lenta reſpicit. Et ſi/
cut hirticus ingēti ſcopulo fluct⁹
reſultat. Qui eni n̄ iraſcit. icōcuſ
ſus iniuria pſiſtit. Qui v̓o iraſcit
mot⁹ ē: Uir eni nobilis audiēs i/
propia: dʒ cogitare eoꝝ ſtulticiā
itēperātiā: vel ignorātiaʒ: Un̄ ait
ibi. Quare fers egri rabiem: fre/
netici verba: puerorū proteruiaʒ
Nempe quia videt̄ neſcire quod
faciunt ſic ⁊ de alijs. Sunt enim
imprudentes: ⁊ in oibus par im
prudentie: par patrociniū. Ibidē
narrat Sen̄. de mira patiētia An
tigoni regis. Cum enim quoſdā
ex militibus audiſſet omnia ma
la imprecantes regi. qui eos in il
lud iter: ⁊ inextricabile lutum de
duxiſſet: acceſſit ad eos qui ma/
xime laborabant. Et cum ignorā
tes a quo adiuuarent̄: eos expli/
cuiſſet: nunc inquit maledixiſtis
Antigono: cuius vitio in has mi
ſerias incidiſtis: modo aūt bene



optate ei: qui vos ex hac voragie
eduxit. Nec āplius dixit eiſ. Idē
etiam antigonus cū obſediſſet ca
ſtrum ⁊ multa improperia. ſibi e
caſtro dicerent fiducia loci. con/
temnentes hoſtē: reſpōdit. Gau
deo ⁊ boni aliquid ſpero: ſi in ca
ſtris meis ſilentiū habeo. Quos
cum fame domuiſſet: captis ſic
vſus eſt: vt eos qui militie vtiles
erant in cohortes aſcriberēt: cete
ros preconi ſubiceret. Idqʒ ſe ne
gauit facturum fuiſſe. niſi expedi
ret his: dn̄m habere: qui tā ma/
lam hn̄t linguam. Ibi etiam df.
ꝙ Scipio affricanus cuidam ar
guenti euʒ: ꝙ parū pugnaret: rn̄
dit imperatorem me peperit ma
ter mea nō bellatorē. Erat tamē
fortūatiſſimus ſtrenuuſqʒ bella/
tor ⁊ victor. Ibidem legit̄ d̓ Teo
doſio imperatore: ⁊ recitat̄ in co
dice: ꝙ ait. Si quis noīa noſtra
crediderit laceſſenda: eū pene no
lumus ſubici: qm̄ ſi ex leuitate
procedit contemnendū eſt. ſi ab
inſania: miſeratiōne dignū: ſi ab
iniuria: remittendum. Ibideʒ le
gitur de veſpaſiano: ꝙ dicenti ſi
bi opprobria rn̄dit. Huiuſmodi
hominibus riſum debemus: no
bis aūt correctionē: penaʒ crimi
noſis. ¶ De patientia phorū df
in policrato: ꝙ Ariſtippus: cui/
dam maledicenti ſibi reſpondit.
Et tu lingue tue: ſic ego aurium
mearū dn̄s ſum. Ibi etiam df:
ꝙ Xenophon de ſe male dicenti

rn̄dit. Tu didiciſti mala dicere:
H ⁊ ego: maledicta cōtemnere. Et
Diogenes ait. Oportet ſapiaʒ ab
inſipientibus feriri: ⁊ melioreʒ ſe
indicat lingua mala cū quē car/
pit. Socratem interrogauit Alci
biades: quare Xantipem vxoreʒ
ſuam iurgioſaʒ: ⁊ que die noctu/
qʒ mulieribus ſcatebat moleſtijs
I e domo non abiceret. Cui phus.
Cum talem domi perpetior con/
ſueſco exerceor: vt ceteroꝝ foris
petulantiam ⁊ iniuriam facili⁹ fe
ram. Quare aūt patiētia: ⁊ ire cō
tinentia magis eſt neceſſaria pn
cipib⁹ rationem reddit Sen̄. eo/
dem lib. di. ꝙ cū vtilis ſit ſeruien
tibus: affectuū ſuoꝝ ⁊ hui⁹ mali
rabidi. ſ. ire ꝯtinētia: vtilior tn̄ ē re
K gib⁹ peūt eni oia: vbi ꝗtū ſuadet
ira: fortuna pmittit. Nec diu po/
teſt que nullo malo exercet̄ ſta/
re potentia. Et enumerat ibi exē
pla de potentibus quos poteſtas
incitauit in tyrannicā iram. Nar
rat enim de Dario duce perſarū
L ꝙ cum indixiſſet bellū Sciticis
rogatus a nobile ſene: vt ex trib⁹
filijs vnū in ſolatium ſibi dimitte
ret: duorum autem opera vteret̄
pluſqʒ rogabatur pollicitus: om
nes ſe illi dixit remiſſurum: ⁊ oc
ciſos i ꝯſpectu patris abiecit: cru
delis futurus ſi omnes adduxiſ/
ſet. ¶ Simil̓r narrat ibi de Xer/
ſe: ꝙ patri petēti vacationē vni⁹
filiorū: petēti permiſit eligere quē
vellet. Demū quē elegerat in par

tes diſtractū ſibi dimiſit. ¶ Si-
militer narrat de rege Cambiſe:
φ cuz vnꝰ ex cariſſimis nimis de
dītū vino moneret: vt partius bi
beret: turpē eſſe dicēs i rege ebrie
tatē quem oīum oculi aureſqꝫ ſe
quāt rn̄dit rex: vt ſcias oclos pꝰ
vinū eſſe in officio: manu appro
M babo. Deinde bibit liberalius ꝙ
alias: ⁊ iuſſit filiū eius ſtaᷓ ex op
poſito: ⁊ intendens arcū coꝛ ado
leſcentis tranſfixit. Jd enim ſepe
appetere dixerat. ⁊ reſpiciēs pſeʒ
interrogauit ſi ſatis certā habeſt
manū. At ille negauit: Apolineʒ
potuiſſe certius dimittere. O cru
entū regē. o dignū in quē oīum
ſuoꝛuʒ arcus verterent. ¶ Simi
le narrat ibi de Arpallo rege per
ſarum: φ cū eſſet a quodā offen
ſus: filios eius epulandos appo-
ſuit: ⁊ ſubinde queſiuit an place-
ret conditura. Et vt vidit eū ple-
N nū malis ſuis. filioꝝ capita affer
ri fecit: ⁊ quomodo eſſet acceptū
interrogauit: nec defuerunt vba
miſero. Apud regē inquit oīs ce
na iocūda. ¶ De Cyro ſimiliter
narrat ibi: φ cuʒ verſus Babilo-
niam feſtinaret ad bellū: nec poſ
ſet trāſire late fuſū amnē Giſſen
⁊ eſſet vnus equꝰ regius ibi ſub
merſus: ira cōmotus: iurauit: ſe
amnē illum diuiſurum: vt etiam
nō ſolum tranſiri: ſed etiam cal-
cari a feminis poſſet: quē poſtea
O in quadrigētos: ⁊ ſexagita riuos
diuiſit. Hec ſeritas regibus bar-
baris fuit mira: quos nulla eru-
ditio nullus litterarum cultꝰ im-
buerat ait ibi Sen̄. Quanta etiā
ſcelera fecerunt pꝛīcipes irati nar
rat ibidē. Sicut de Alexandꝛo: q
Titum ſibi cariſſimū: ⁊ vna ſecū
educatū parum ſibi adulantē in-
ter epulas manu ſua tranſfodit.
Sed ⁊ obiurgantē ſe ex macedo
ne ac libero in perſicam ſeruitutē
tranſeuntē ſimiliter Liſimacum
eque ſibi familiarē leoni obiecit
Et Talephoꝝ membꝛis trunca
tum. ſ. auribꝰ ⁊ naſo: in cauea ve
lut aīal quoddā nouum ⁊ inuſita
tum diu pauit. Et cum eſſet diſſi-
milimus homini qui illa patie-
baᷓ diſſimilioꝛ erat q̄ faciebat: ait
ibi Sen̄. Ad vincendū igiᷓ impa
tientiam in oībus: vt ſemper ſit
cōpos ſui: ſollicite ⁊ ſtudioſe de-
bet pꝛīceps laboꝛaᷓ: vt ſit victoꝛ
non hoīum tm̄: ſed etiam vitioꝝ
Nam terrena poteſtas vult eſſe
victrix gentium cū ſit captiua vi
tioꝛum: ait Aug. xv. de ci. c. viij.
Licet autem multis alijs modis
debeant pꝛincipes infoꝛmari tñ
dictis modis ſpāliter poſſunt pꝛe
dicatoꝛes euangelici habere oc-
caſionē edificatorie conferendi
cum pꝛncipibus.

¶ Capl̄m. duodecimū. Qō pꝛi
ceps ſit virtuoſus in vita.

Tales aūt eſſe debeant
cōmuniter principes fide
les: docet optime Augu.
v. de ci. c. xxiiij. dicēs. Neqꝫ nos
xpianos quondam imperatoꝛes
ideo felices dicimus: quia vl' diu
tius imperarent: vel imperātes
filios moꝛte placida reliquerūt:
vel hoſtes reipublice domuerūt
vel inimicos ciues ꝯ ſe inſꝰgen-
tes ⁊ cauere ⁊ oppꝛimere potue-
rūt. Hec enim et alia huiuſmōi
erūnoſe vite vel munera vl' ſola
tia quidam etiam cultoꝛes de-
monum accipere meruerūt: qui
non pertinent ad regnum dei: q̊
pertinēt iſti. Et hoc de miſericoꝛ
dia ſcilicet factum eſt: ne ab eis
q̄ in eum crediderint hec tanqꝫ
ſumma bona deſiderent. Sed
felices eos dicimus: ſi iuſta im-
perant: ſi inter linguas: ſe ſubli-
miter honoꝛantium: ⁊ nimis ho
norabiliter ſalutantium: ⁊ ſibi ni
mis humiliter obſequentiū: nō
extolluntur: ſi ſe homines eē me
minerint: ſi poteſtatem ſuam ad
dei cultum dilatandū: maieſtati
qꝫ eius famulari faciūt: ſi deuʒ ti
mēt diligūt ⁊ colūt: ſi plus amāt
regnū illud: vbi non timent ha-
bere conſoꝛtes: ſi tardius vindi-
cant: facile ignoſcūt: ſi eandē vin
dictam pꝛo neceſſitate regende
tuendeqꝫ reipublice: non pꝛo ſa-
turandis inimicitiaruʒ odijs ex
ercent: Si eandem veniam: nō
ad impunitatē iniquitatum: ſed
ad ſpem coꝛrectionis indulgent
ſi quod aſpere cogūᷓ plerūqꝫ de
cernere: miſericoꝛdie lenitate: et
beneficioꝛum largitate compen
ſant. ſi luxuria in eis tanto caſti-
gatioꝛ: qꝫto pōt eſſe liberioꝛ. Et
ſi hec omnia faciant nō pꝛopter
fauoꝛem inanis gloꝛie: ſed ꝓpter
charitatem felicitatis eterne. Si
pꝛopter peccata ſua: humilitatis
⁊ miſerationis: ⁊ oꝛationis ſacri-
ficium deo vero immolare non T
negligunt: Tales xpianos impe
ratoꝛes: dicimus eſſe felices in-
terim ſpe: poſtea re ipſa futuros:
cum id quod expectamus adue-
nerit. hec Augu. Qui ſufficien-
ter oꝛdinabiliter: ⁊ perfectibiliter
que neceſſaria ſunt pꝛincipibus
enumerauit. ¶ Item de īfoꝛma
tione dominoꝛuʒ bene in tracta
tu de. xij. abuſiuis. vbi diciᷓ. Se-
xtus abuſionis gradus eſt domi
nus ſine virtute. Nihil enim ꝓ-
ficit. dominandi habere poteſta
tem: ſi dominus ipſe nō habeat
virtutis vigoꝛeʒ: Et ſequiᷓ. Tria
neceſſario eum qui dominaᷓ ha
bere opoꝛtet ſcilicet timoꝛē: amo
rem: ⁊ oꝛdinationem. Niſi eniʒ
ametur dominus: pariter ⁊ me- V
tuatur: eius oꝛdiatio minime ſta
re poteſt. per beneficioꝛuʒ igitur
affabilitatem pꝛocuret: vt diliga
tur: per iuſtas vindictas non ꝓ-
pꝛie iīurie ſed legis dei ſtudeat
vt metuatur quoqꝫ quia multi
pendent in eo: ipſe deo adherere
debet: qui eum in ducatum con-
ſtituit: qui ad poꝛtanda multoꝝ
onera eum velut foꝛtioꝛeʒ ſolida
uit. vbi ponit exemplum: Parū

lius enim niſi bene fixus firmi⸗
ter alicui fortiori hereat: oẽ quod
in eo pendet cito labitur: ⁊ ipſe ſo
lutus a rigore ſue firmitatis cuʒ
omnibus ad terram dilabit̃. Sic
X ⁊ princeps niſi conditori ſuo ad⸗
hereat pertinaciter: ipſe ⁊ omnis
qui ſibi conſentit cito deperit. Et
ponit ibi exempla de quibuſdam
qui per officiũ dominandi plus
deo propinquarũt. ſicut Moy⸗
ſes. Quidam ṽo. deteriores fue
runt, ſicut Saul. Et in eodem tra
ctatu dicitur: ꝙ nonus abuſiõis
gradus eſt: rex iniquus. Sequit̃
iuſtitie regis eſt: neminem iniu⸗
ſte per potentiaʒ opprimere. Si
ne acceptione perſonarum inter
virum ⁊ proximum recte iudica
re. aduenis: pupillis: ⁊ viduis de
fenſorẽ eſſe: cohibere furta: adul
Y teria pũire: iniq̃s ñ exaltare: im⸗
pudicos ⁊ hiſtriones non nutri
re: impios de terra perdere: pari
cidas ⁊ periuros viuere nõ ſine
re: eccleſias defenſare: pauperes
alere: iuſtos ſuper regni nego⸗
tia conſtituere: ſenes ſapientes ⁊
ſobrios conſiliarios habere: ma
gorum: arioloꝝ phitoniſſarũq̃
ſuperſtitionibus non intendere:
iracundiam differre: patriam iu⸗
ſte ⁊ fortiter ꝯ aduerſarios defen
dere: ſuper omnia in deo cõfide
re. proſperitatis cauſa animũ nõ
extollere. cuncta aduerſa patien
ter tolerare: fidem catholicaʒ in
deum habere: filios impie agere
non ſinere: certis horis orationi
inſiſtere ante horam congruam
cibum non ſumere. Hec regni
ꝓſperitatem in preſenti faciunt:
⁊ regem ad celeſtia regna per⸗
ducunt. Qui autem regnuʒ ſm
hanc legem non diſpenſant: mul
tum aduerſitatis imperij tolerãt
Et ſequitur. Quãtũ valet iuſtitia
regis ſeculo. Pax inquit eſt po⸗
puloꝝ: tutamentuʒ patrie: cõi
tas plebis: munimentum gentis
cura languorum: gladius hoſti⸗
um: gaudium hominũ: temperi
es aeris: ſerenitas maris: terre fe
cunditas: pauperum hereditas:
ſolatium filiorum: ⁊ ſibiipſi ſpes
future beatitudinis. Et ſciat rex:
ꝙ ſicut in throno primus conſti
tutus eſt: ſic ⁊ in penis ſi iuſtitiã
non fecerit primatuʒ habiturus
eſt. potentes enim potenter tor⸗
menta patientur ſap. vi.

¶ De informatione Ariſtotelis ad Alexandrum.

In epiſtola ṽo que dicit̃
Ariſtotel ad Alexãdruʒ
multa ſcribunt̃ que ſpe⸗
ctant ad principis informationẽ
ex quibus hic pauca interſerũt̃.
Dñare ait Ariſtoteles ad Ale⸗
xandrum ſuper eos cum bonita
te. Nã ſi feceris: omnes erũt ſub
iecti ad tuũ bñplacitũ ⁊ preceptũ
⁊ ob amorem quem habebũt in
te. Dominaberis in eis pacifice
cuʒ triũpho. Sequit̃. Si vis vir
tutem acquirere largitatꝫ: Conſi
dera poſſe tuum: ⁊ tempera ne⸗
ceſſitates ⁊ merita. Debes enim
largiri bona cũ menſura homi⸗
nibus indigentibꝰ ⁊ dignis. Qui
enim dat aliter: peccat ⁊ tranſgre
ditur legem largitatis: quia qui
largitur dona ſua non indigenti
bus: nullam acquirit laudem: et
quicquid datur indignis: perdit̃.
Qui ṽo vltra modum fundit di
uitias ſuas: cito venit ad amara
littora paupertatis: ⁊ ſimilatur il
li qui ſupra ſe ſuis dat victoriam
inimicis. Qui autem: de bonis
ſuis tempore neceſſitatis dederit
indigenti: talis rex eſt largus ſi⸗
bi ⁊ ſubditis: ⁊ eius regnum ꝓ
ſperabitur: ⁊ mandatum eiꝰ ob⸗
ſeruabitur. Talem regem lauda
uerunt antiqui: talis dicitur ṽtuo
ſus: largus: moderatus: Qui ṽo
fundit inordinate bona ſua indi
gnis: ⁊ non indigentibus: talis ẽ
depopulator reipublice: regni de
ſtructor: incõueniens regimini.
vnde prodigus appellatur: eoꝙ
ꝓcul eſt a regni ſui prouidentia.
Nomen ṽo auaritie multum de
decet regem: ⁊ diſconuenit regie
maieſtati. Sequitur. Inueni ſcri
ptum in preceptis magni docto
ris Hermogenis: ꝙ ſũma ⁊ ve⸗
ra bonitas: claritas intellectus: ⁊
plenitudo legis: ac ſignum ꝑfe⸗
ctionis eſt: abſtinentia a pecunia
⁊ poſſeſſionibus ſubditoꝝ. Seq
tur ibi. O Alexander: declina co
natus beſtialium voluptatũ: q̃ ſ
corruptibiles ſunt. Conatus eniʒ
voluptatis generat carnalẽ amo
rem. Amor carnalis auaritiam.
Auaritia deſiderium diuitiarum
Illud inuerecundiam: hoc pre⸗
ſũptionem. Illa infidelitatẽ: iſta
latrocinium: illud vituperationẽ
ex qua naſcitur captiuitas: q̃ ducẽ
ad detrimentum legis ⁊ deſtru⸗
ctionem familiaritatis: ⁊ ad rui⸗
E nam totius corporis. Dico illud
quod ſapientes phi dicũt: quod
videlicet in primis decet regiam
maieſtatem obtemperare ſe lega
libus inſtitutis non in ficta ap⸗
parentia: ſed facti euidẽtia: vt co
gnoſcant omnes. Sequit̃. Decet
regeʒ legiferos honorare: religio
ſos venerari: ſapientes ſublima⸗
O re: ⁊ cum his conferre. Et poſtea
ſequit̃. Oportet regẽ futura cogi⸗
tare. ⁊ futuris caſibus prudenter
occurrere. Sequitur. Multum
cõuenit regie maieſtati: honorifi
ce indui: cum pulchro apparatu
apparere. Itẽ honorificũ eſt: re⸗
H gem a multiloquio abſtinere. ait
enim Policratus li. v. Qui abũ
dant: ſui copioſitate vileſcunt. Et
cũ in multiloquio peccatũ nõ de
ſit: pauca prudenter loquentꝫ ſer
mo eſt precioſus. vñ Socrates
querenti quõ q̃s famã optimam
compararet: ſi geſſerit inquit optia
⁊ locutus fuerit pauca. Et ſequit̃
Ariſtoteles inter cetera di. Noli
frequẽtare ꝯſortia viliũ ꝑſonaꝝ:
quia nimia familiaritas parit cõ

I temptum. ¶ Indi ſtatuerunt: ꝙ
rex tñ ſemel in anno appareat
cum regali apparatu: ⁊ nobiles
ſtare circa eum: vulgus ꝺo a re
moꝫ: ⁊ illa die dõa elargiri. reos
e carcerib⁹ mácipare: ⁊ pia ope
exercere. Et tũc vnus ſapientioꝛ
K de principib⁹ conſueuit eoctiona
ri ad regem: referens grates deo
qꝛ regnum indoꝝ ita bene oꝛdi
nauit: ⁊ de tam ſapienti rege pa
triam d[illegible]. Et poſt conuer
tit ſe ad populũ: bonos moꝛes
regis enũerãs captãdo beniuolẽ
tiã ⁊ inducẽs eos ad humilitatẽ
reuerentiam: beniuolentiaꝫ: ⁊ di
lectionem regis. Quo facto po
pulus ſtudet regias laudes extol
lere: pꝛo regia vita deum exoꝛa
re. pueros ab infantia inducũt in
regis amoꝛẽ: honoꝛẽ: obediẽtiaꝫ
⁊ timoꝛẽ. Cõſueuit tũc ſceleratoſ
punire: vt ceteri coꝛrigant: tribu
ta alleuiare: cũ mercatoꝛib⁹ diſpẽ
ſare: eiſqꝫ partem remittere. Jdõ
illic cõcurrũt: ⁊ inde tributa re
galia ⁊ redditus augmẽtant. Se
L quitur. O Alexander: noli appe
tere tranſitoꝛiũ: ⁊ qd cito optet te
relinquere: ſed pete diuitias icoꝛ
ruptibiles. Noli eſſe crudelis:
⁊ inflexibilis ad parcendũ eis de
qb⁹ victoꝛiaꝫ hauiſti. Cogita de
futuris caſibus. Noli imitari de
ſideria tua in comeſtione: potu:
coytu: ⁊ diuturno ſomno. Coyt⁹
enim ẽ ꝓpꝛietas poꝛcoꝝ. A quo
M ſi ceſſaueris tibi grandis erit glo

ria. Non exerceas vitiũ irratio
nabiliũ beſtiaꝝ: ⁊ actus bꝛutoꝛũ
Crede mihi idubitanter: qꝛ coy
tus eſt deſtructio coꝛpis: abbꝛe
uiatio vite: coꝛruptio ꝟtutũ: legis
tranſgreſſio moꝛes generãs femi
neos. Decet imꝑatoꝛiã maieſtatẽ
paucos habere fideles: cũ quib⁹
delectet cũ varijs inſtrumentis
oꝛganoꝝ: cũ fuerit tedioſus. Ala
n. humana: i talib⁹ nãlr delectat
ſenſus requieſcũt: coꝛp⁹ vigoꝛat
ſollicitudo ⁊ curioſitas tumeſcũt
⁊ hoc fiat tribus vel quattuoꝛ vi
cibus: ⁊ hõeſtius ẽ: ꝙ fiat priua
tim: ⁊ tũc abſtine te a vino: ⁊ po
teris multa ſecreta percipe. De
bes habere de tua familia ſpecia
les: qui refferãt tibi que fiũt: ⁊ q̃
dicãt per regnũ tuũ: honoꝛa ſa
pientes. Nullus ſit de nobilibus
tuis: q tuam non ſentiat largita
tem: pateat omnibus clementia
maieſtatꝭ tue: ⁊ nobilitas tui ani
mi liberalis. Decet regeꝫ habere
ꝯtinẽtiã: diſcretionẽ: ⁊ a riſu mul
tũ abſtinere: qꝛ riſus tollit reuerẽ
tiaꝫ: ⁊ generat ſenectutẽ. Jlle rex
eſt laudabilis q aſſimilat vni ſub
iectoꝝ. Si quis in ei⁹ pñtia iniu
riam faciat: conſiderandũ q̊ aio
fiat: an ludendo vt placeat: ⁊ ad
gaudiũ ꝓuocet: an in conteptũ.
Pꝛio mõ leuiter coꝛripiat. Se
cũdo mõ grauiter. Obedientia
dominantis in quattuoꝛ attendit
in religioſitate: Dilectiõe. Curia
litate: ⁊ Reuerentia. Rex in re



gno eſt ſicut pluuia in terra: que
eſt celi bñdictio: terre vita: viuen
tium iuuamen. Et poſt. Tẽpoꝛe
neceſſitatis ſucurre ciuib⁹. Tunc
debes aperire celaria tua: vt vi
uant vniuerſi prouidentia tua.
Caue offendere ſanguinẽ hũa
num: qꝛ hoc ſoli deo ꝯuenit. Ait
enim Hermogenes. Qñ creatu
ra interficit creaturã ſibi ſimileꝫ:
virtutes celoꝝ clamãt ad diuinã
maieſtatem dicẽtes: dñe: ſeruus
tu⁹ vult eẽ tibi ſilis. Annales pa
trũ diſcute: ide eniꝫ poteris mul
ta bona extrahere. Facta ꝑterita
dant certũ documẽtũ in futuris.
Caue ne infringas fidem dataꝫ.
quia hoc conuenit infidelib⁹: iu
uenib⁹: ⁊ meretricib⁹. Rex niſi
multũ rogatus iurare non debꝫ
Studia in ciuitatibus ſtatue: ⁊ ꝑ
cipe hominib⁹ tuis: vt doceãt fi
lios ſcientias litteraꝝ. Et tuã de
cet ꝓuidentiaꝫ: eis in neceſſarijs
ꝓuidere. Regnum grecoꝝ ſubli
mauit diligẽtia ſtudẽtiũ: ꝓbitaſ
qꝫ ſapiẽtũ. Nũqꝫ ꝯfidas in ope
ribus ⁊ ſeruitijs mulieꝝ. Reco
le factũ regine indoꝝ: qñ mãda
uit tibi cauſa amicitie multa enxe
nia ⁊ dõa venuſta. Inter q̃ miſ
ſa fuit illa venuſtiſſima puella: q̃
ab infantia imbuta ⁊ nutrita fue
rat veneno ſerpentino: ita ꝙ nã
ſua verſa fuerat in naturam ſer
pentis. Et niſi ego diligenter: in
ſpexiſſeꝫ in illã: ⁊ arte magica in
dagaſſeꝫ: eo ꝙ ipſa audacter, ho

rribiliter inceſſanter: ⁊ inuerecũ
de figebat viſum in faciẽ homi
nũ perpendi ſiquidem: ꝙ inter
ficeret homies ſolo moꝛſu: Qd
tu expimento ꝓbaſti. Et niſi hoc
tibi certiſſime oñdiſſeꝫ: moꝛs tua
fuiſſet ardoꝛe ipſius coyt⁹ ſubſe
cuta. Ex ꝑmiſſis igitur ꝑdicatoꝛ
diuinus habere põt occaſionem
inſtruẽdi pꝛincipes: ⁊ vtiliter cõ
ferendi cũ eis: maxie tꝑe pacis.
¶ Caplm. xiij. Qd ꝑnceps non
faciat iniuſta bella.

e T quia tꝑs ẽ belli ⁊ tꝑs
pacis: Eccle. iij. ꝑncipes
ſunt inſtruendi tempoꝛe
belli. In pꝛimis notãdũ: ꝙ belli
illati a pꝛincipe vl aſſũpti: dꝫ eſſe
iuſta neceſſitas: ⁊ debet eẽ eiuſdẽ
iuſtitie equitas: ⁊ in exercendo:
intentionis oꝛdinabilitas. Quia
V ꝓut habet. xxiiij. q. i. bella poſſũt
ſuiſteri ſm euangeliũ: vt occaſio
iniquitatis expiatur: ⁊ ꝓpter pa
cis neceſſitatem. In bello enim
iuſte repꝛehendit nocẽdi cupidi
tas: vlciſcendi ſeueritas: impatiẽ
tis ⁊ implacabilis animi feritas:
crudelitas debellandi: libido do
X minandi: ⁊ ſi qua ſimilia que in
bellis repꝛehendũt, ꝓut ait Aug.
xxij. ꝯ fauſtũ: ⁊ ſimiliter dicta. q.
in qua dr ꝙ bella non ſunt pec
cata ſi fiant pp maloꝛũ cohibitio
nem: bonoꝛũ ſublimationem: ⁊
propter reuerentiam reipublice
exhibendam vel obedientiaꝫ. Et
ibi ſatis de iuſtis bellis: de quib⁹

Augu. vbi. ſ. di. Qđ auctoritas
belli eſt penes pncipē: miniſteri
um exequendi penes milites. Et
poſt. bellū qđ gerēdū (pro aucto
re) ſuſcipitur recte ſuſcipi: dubita
Y re fas non eſt, ſcilicet ad terrēdā
vel retūdendā: vel ſubiugandā
mortaliū ſuperbiā. Et Idē Aug.
epſa. v. Miſericorditer ſi fieri poſ
ſet etiam bella gererent a bonis.
vt licentioſis cupiditatib⁹ domi
tis hec vitia perderent: q̄ iuſto
iperio vel extirpari: vel deprimi
debuerūt. Et de bello iuſto. xiij. ƌ
ci. c. xv. ⁊. xxij. c. v. Bellū tamen
nūq̄ꝫ debꝫ fieri: niſi vrgente ne
Z ceſſitate: put habetur dicta cauſa
q. viij. Si nulla vrget ⁊c.

¶ Capl̄m. xiiij. Qđ princeps in
bellis caueat a dei offenſa.

S Ecūdo princeps eſt ad
monendus: vt ſit in eo
cura: omnia que deum
offendūt: ⁊ ei⁹ eccliam cauendi:
⁊ ea que deo placēt: ⁊ ecclie pro
ſunt ſectādi diligens ſtudioſitas.
Debēt enim principes ⁊ ſui ſum
me puidere: vt habeāt deū ſecū
A Qđ eſt: cū eius mandatis obedi
unt: ⁊ ea adiplēt: put ait Achior
alloquēs Holofernē. Judith. x.
vbi cū recitauit bñficia dei exhi
bita populo ſuo cōcludit. Nunc
ergo dñe pquire: ſi eſt aliqua ini
qtas eoꝝ i ꝯſpectu dei ſui. ⁊ aſcē
damus ad illos: quoniaꝫ tradēs
tradet illos tibi de⁹. Si āt nulla
ē offēſio ppli hui⁹ coraꝫ deo ſuo
non poterim⁹ reſiſtere illis: qm̄
deus illoꝝ defendet eos. Nume
ri. xiiij. Nolite timeř: dñs nobiſ
cū eſt. Et Leui. xxvi. Si in prece
ptis meis ambulaueritis. Seqř.
pſequemini inimicos vřos ⁊ cor
ruent coraꝫ vobis. eꝫ Joſue. vij.
dř: ꝙ furto vnius. ſ. Achor. mul
ti occiſi ſunt de populo. Qui vult
ergo victoriā habere in bello: ha
beat deuꝫ ſecū. exemplo Abrae.
Moyſi: David: ⁊ alioꝝ pncipū
iuſtoꝝ.

¶ Capl̄m. xv. Qđ pnceps in ex
pugnando ſit cautus ſagatia.

I Tem princeps debet p
uidere: vt ſit in ſuis mili
tibus: regiminis ordina
bilitas: et expugnādi artificialis
ſagacitas. Debet enim ſcire artē
rei militaris: quam artē dicūtur
Lacedemonij tradidiſſe. Unde
Hanibal. Italiā petiturus: lace
demoniū q̄ſiuit ductorē: put ait
Poli. li. vi. c. vi. vñ ait Trogus
pompeius li. xi. de Alexādro. ꝙ
cū ad piculoſū bellū exercitū le
geret. nō iuuenes robuſtos: nec
pmū florē etatis: ſed veteranos
milites: pleroſq̄ꝫ etiam emeritos
militie: qui cū pře patruoq̄ꝫ mili
tauerāt elegit: vt nō tam milites
q̄ꝫ magřos militie putares. Or
dines quoq̄ꝫ nemo niſi ſexagena
rius duxit. vt ſi principia caſtroꝝ
cerneres: ſenatū alicui⁹ reipubli
ce videre te crederes. Itaq̄ꝫ ne
mo in prelio fugam: ſed victoriā
cogitauit. Neq̄ꝫ eis in pedib⁹ qc
q̄ꝫ ſpei: ſed in lacertis fuit. Cꝯrio
fuit ƌ Dario ⁊ ſuis ⁊ iō illi victo
res: ⁊ hi victi. Qui eim ſecūdos
optat euentus: dimicet arte non
caſu: ait Poli. vbi. ſ. Quā arteꝫ
noſcunt experti in militia: vt͛ di
ctū eſt.

¶ Capl̄ꝫ. xvi. Qđ pnceps ſuos
cohercceat diſciplina.

I Teꝫ puidere dꝫ pnceps
vt in ſe. ⁊ ſuis militib⁹ ſit
debita ⁊ recta diſciplina
bilitas. cohercēdo. ſ. carnis laſci
uias: cōmeſſatiōes: voluptates:
ipudicitias: cupiditates: rapinas
diſſenſiōes: diſcordias: pſūptio
nes. inobediētias. De facili eniꝫ
vincit exercit⁹ quātuſcūq̄ꝫ: vbi ñ
viget debita diſciplia: ait Poli.
li. vi. c. xij. di. ꝙ Romāis adeo p
fuit diſciplia: vt orbē terř: ſue ſub
icerēt ditioni. Alexander Mace
do: exiguam manū militarē ſu
ſcepit a patre ſed doctam. Qua
aſſuefacta militie: orbē terraruꝫ
aggreſſus: innumeras hoſtium
ſtrages fudit. Xerſes a trecentis
Lacedemōioꝝ ad Tremopilas
vexat⁹: cū eos manu infinita: ple
riſq̄ꝫ ſuis amiſſis vix cōfugiſſet:
in eo ſe deceptū dicebat: ꝙ mul
tos qdē hoīes haberet: raros āt
diſciplīa tenaces. Et ſilř vict⁹ fuit
turpiter apđ Salaminā: vbi vix
vna naui euaſit. Ferř tñ: ꝙ duces
ei⁹ ñ ꝯſueuerūt. p mřitudie exer
citus nūerari: alř q̄ꝫ ſinglis telis
receptis a ſinglis: vt ex nūero te
loꝝ: ducū nūerus hērer. Fruſtra
eim pnceps ſpat victoriā: niſi vi
geat apđ ſe ⁊ ſuos diſciplia cohi
bēdi pdicta. vñ narrat Uale. lib.
ij. c. ij. Qđ Corneli⁹ Scipio Cō   I
ſul: miſſus i hiſpaniā: eo momē
to q̊ caſtra intrauit: edixit: vt oīa
q̄ voluptatis cauſa cōpata erant
auferrent ⁊ ſubmouerēt. Cōſtat
q̄ꝫ tūc maximū inſtitoruꝫ ⁊ laxa
rū numeꝝ cū duob⁹ milib⁹ ſcor
toꝝ inde abijſſe. Et ſic exercitus
q ante metu mortis deformi ſe fe   K
deris ictu maculauerat: erecta ⁊
⁊ recreata virtute: aciem illam ⁊
animoſam Numātiā incendijs
exuſtam: ruiniſq̄ꝫ pſtratam ſolo
equauit. Et de hoc infra: vbi de
diſciplina militari.

¶ Capl̄m. xvij. Qđ pnceps la
boret vt ſit in ſuis fidelitas vera

I Tem princeps dꝫ puide
re: ꝙ ſit in ſuis vera fide
litas: ⁊ ſui ab illis amabi
litas. vt eniꝫ ait Juli⁹ Ceſar. Qui
non laborat: vt militib⁹ ſit carus
militem neſcit amare: put dicit   L
i. de vita Ceſarū parte prima. ꝙ
militē nec moribus nec fortuna
probabat: ſed tantum virib⁹ tra
ctabatq̄ꝫ pari ſeueritate atq̄ꝫ in
dulgentia non vbiq̄ꝫ ⁊ ſemp: ſed
cuꝫ hoſtis in proxio eſſet: ⁊ coer
cebat tunc maxime exactor gra
uiſſimus diſcipline ƌlicta. Neq̄ꝫ   M
obſeruabat omnia: ſed ſeditioſo
rum fuit punitor acerrim⁹. Mi

[..]tes ſuos cōmilitones vocabat:
diligebatqꝫ: adeo vt audita cla/
de Ticuriana: barbam capillūqꝫ
ſubmiſerit: nec añ depreſſerit ꝙ̄
vindicauerit. Quibus reb⁹ ⁊ deuo
tiſſimos ſibi ⁊ fortiſſimos milites
reddidit. His mōis attrahit prin
ceps corda ſuoꝝ potiuſqꝫ pecu/
nia vel munerib⁹: ꝓut ait Tuli⁹
N recitans dictum Philippi ad
Alexandrū in quadā epl'a. Pre
clare inquit Alexandrum filium
Philippus accuſat: ꝙ largitiōe
beniuolentiā ꝯſequat. Quod te
malū iquit vl'rō in iſtam vanam
ſpem induxit: vt eos fideles tibi
fore putes quos pecunia corru/
O piſſes? An id agis: vt macedōes
non tam regē ſuū ꝙ̄ miniſtrum
⁊ prebitorē putēt? Nōqꝫ ſordidū
eſt regi: melius corruptelā ꝙ̄ lar
gitionem dixit eſſe. Fit enim dete/
rior qui accipit: atqꝫ ad idē ſemꝑ
expectādū paratior. Hec ille filio.
Sed preceptū putem⁹ oīb⁹. Idē
Vale. lib. vij. c. ij. ſuperaddēs: ꝙ
artus ei⁹ Philippus: maiori ex
ꝑte mercator gratie: magis ꝙ̄
victor fuit. Sed qr hoīes ſunt cu-
P piditate inſatiabiles: mutabiles
⁊ inſtabiles: oportet principem
multa dare: ait Sen. iiij. de bn̄fi.
c. xxiiij. loquens de Philippo ꝑ
dicto: qui cuidam militi dederat
alterius prediū. Reges inqt do/
Q nant in bello apertis oculis. Nō
ſufficit homo vn⁹ tot armatis cu
piditatibus. Non poteſt quis eo

dem tempore: ⁊ bonum virum:
⁊ bonum ducem agere. Quomo
do tot milia hominum inſatiabi/
lia ſaturabuntur? Quid habebūt
ſi ſuum quiſqꝫ habuerit: Quaſi
dicat princeps vel dominus qua
ſi cogitur ob armatas cupidita/
tes ſuorum ad auferendum qui/
buſdam: ⁊ dandum alijs. Nec
negat Philippus in dicta epi/
ſtola: quin oporteat principē lar/
gum eſſe: ⁊ multa dare: ſed inſi/
nuat: ꝙ non ſunt multum fide/
les: qui ſola quaſi pecunia con/
ducūtur: ⁊ mercantur. Magis
enim condeſcenſiua benignitate: ⁊
ſociali affabilitate attrahit prin/
ceps ſuos ad amorem ꝙ̄ pecūia.
vn̄ narrat Valerius libro. viij. c.
viij. ꝙ Themiſtodes oium ciui
um ſuorum noīa: memoria com
prehendit. ⁊ Titus omia ſuorum
noīa ſciuit. Et Metridates du/
cētarum ⁊ viginti gentium que
ſub eius regno erant linguas di/
dicit. Ille ſcilicet Tit⁹: vt ſine mo
nitore exercitum ſalutaret: Hic
vt eos quibus imperabat ſine in
terprete alloqui poſſet. Idem So
linius libro. ij. ſuperaddens: ꝙ h
fecit: ſicut imperatores faciunt: vt
ſuos attrahant. ad ſuum amorē.
¶ Capl'm. xviij. Nō pīceps po
nat in deo ſpem de habenda vi/
ctoria:

T qr victoria: de celo eſt
e ſ. a rege regum. Nō eni
in multitudine exercitus



victoria belli: ſed de celo fortitu/
do eſt. i. Mach. iij. Idō pīcipis
debet eſſe vera fides: firma ſpes
⁊ pia ſupplicatio ad deum: vt ipſe
ſit dux belli: ⁊ ꝓtector ſui ac ſuo
rum: exēplo Moyſi. exodi. xvij.
Qui cum leuabat manus vince
bat iſrael. Ideo Deu. xx. Si exie
ris ad bellum contra hoſtes ⁊c.
Nō timebis eos: qa dn̄s tuus te
cum eſt. Sequit. Appropinquan
te bello ſtabit ſacerdos ante aciē
⁊ ſic loquet. Nolite metuere: qa
dn̄s in medio noſtrum ē. ſicut fec
Theodoſius prout legit in hyſto
ria romanorum. Ubi dr. ꝙ cum
Eugenius ⁊ Arbogaſtes cum in
ſtructa acie alpium tranſitū tene
rent. Teodoſius expers cibi ⁊ ſō
ni orationi incūbens: totam no/
ctem peruigil exegit. Cum tamē
ſe eſſe deſtitutū a ſuis ſciret: ⁊ ab
hoſtibus circum ſceptū neſciret:
fiducialiter arma corripiens: ſi/
gnūqꝫ crucis: ſe prelio dedit: ac ſe
in bellum. etiā ſi nemo ſequeret:
victor futurus imiſit. Nam con/
ſultus Joannes Anachorita eū
victurum ſpoponderat. Un̄ ſeq/
tur ibi Nō cū ad cōgreſſionem
ventum eſſet: veniēs turbo. a ꝑ/
te Teodoſij in ora hoſtium ruit:
qui ⁊ ab eius parte: Valenter ſpi
cula. miſſa hoſtibus infigeret: ⁊
hoſtili ēt manu miſſa: ad mitten
tes reflecteret: vt dictum eſt. Et ſic
hoſtili exercitu proſtrato: Euge/
nio capto ⁊ interfecto. Arboga/

ſtes: manu ſua propria percuſſus
eſt: Ex quo patet ꝙ̄tū valet in bel
lo iuſtitia principis: ⁊ oratiōis in
ſtantia. Unde ſequit ibi. Nō poſt
mortem Theodoſij: filijs ei⁹ re/
gnantibus Archadio: ⁊ honorio
Gildo comes Aphrice: arbitra/
tus in paruulis minimā ſpem fore
Aphricā proprio iure vſurpare ce
pit. Cuius frater Mazeel: illius
perfidiam perhorreſcens rediit. y
in Italiam. Qui miſſus ad illum
hoſtem bello inſequendū: iā ſci/
ens a Theodoſio ꝙ̄tū in rebus
deſꝑatiſſimis orō hoīum per fidē
chriſti: dei clementiā impetraret
Caprariā inſulā adijt inde ſecum
ſāctos viros adducens: cū qbus
orōnibus ⁊ ieiunijs: dies aliquot
cōtinuauit: ⁊ noctes. Añ triduū
vo ꝙ̄ hoſti cōtigu⁹ fieret: cernit
noctu beatum Ambro. Paulo
añ defunctum: quō ⁊ qn̄ victori
am caperet: diem ſibi indican/
tem ⁊ locum. A tertio demū die:
orōnibus hymniſqꝫ peruigil: cū
centū quinqꝫ ſolis militibus. cō
tra octuaginta milia hoſtium ꝑ/
gens: eos dei nutu ſine bello in di
tionē accepit. Guildo comes fu/
gam arripuit ⁊ poſt aliquot dies
ſtrangulatus interijt. Mirifica er
go dina bōitas: ⁊ magnifica ora
tionis vtilitas: Et in his pīceps
honorare debet eccleſiam dei: ⁊ ei⁹
miniſtros. ac prohibere ſuis: ne
preſumant: eccl'ias inhonorare.
Unde narrat ibidē. Nō predict⁹

Z Mazeel rerũ ſecũdaꝝ inſolẽtia
tumens: eccliam dei temerarie au
ſus eſt: atqꝫ ex ea quoſdã non du
bitauit extrahere. Sed pena ſecu
ta ſacrilegiũ: ipſe poſt aliquantu-
lũ temporis eſt punitus. Similr
narrat conſequẽter ibidem. Qđ
cũ Atila eccleſiã deuaſtaret. vir
ſanctus Leo papa ad eum acceſ
ſit: ⁊ oĩa que optauerat obtinens
nõ tm̃ rome ſed tocius italie vi-
ctoriã reportauit. Territus nanqꝫ
Atila dei nutu fuerat: nec xp̄i ſa-
cerdoti aliud repẽdere valuit ni-
ſi qđ ille peroptabat. Fert quoqꝫ
poſt diſceſſum pontificis inter-
A rogatũ eſſe Atilam a ſuis. cur vl-
tra ſolitũ morẽ: tantam reueren-
tiã Romano pontifici exibuerit:
q̃m pene ad oĩa que ille imperaſ
ſet: obtemperari ipſe iuſſiſſ3: Tũc
regem reſpondiſſe: nõ ſe pape ꝑ
ſonã reueritũ eẽ. ſed aliũ ſe virũ
iuxt eum in habitu ſacerdotali vi
diſſe: forma venuſtiorẽ: canitie
venerabilem. euaginato quoqꝫ ſi
bi gladio terribilr mortẽ minãtẽ:
niſi oĩa que ille expetiſſ3 impleret
Cum enim princeps ſit dei mini
ſter ſuſcipiens gladiũ ab eccl̃ia
vt dictum eſt ſupra. iuſtũ eſt: ip̄3
eccliam honorare: miniſtros ei⁹
defendere: et eorum iniurias ꝓ-
pulſare.

¶ Capl̃m. xix. Qđ princeps co-
herceat ſenſus ſuos ab omni cõ
cupiſcentia.

Iſo qualiter princeps de
bet regere alios: ne falſo
portet nomen principis
vel regis: ſollicite ſtudeẽ d3 ad re
gendum ſe ⁊ familiam paſſionũ
interiorum ⁊ ad principandũ cõ
concupiſcentijs que militant ad-
uerſus animam. vt enim ait. Iſi
dorus. ix. Ethi. c. iij. Rex dr̃ a re-
gendo. Recte faciendo. nomẽ re
gis tenet: peccando amittit. Rex
eris: ſi recta facis: aliter non eris
Ille vero vere eſt princeps ⁊ rea
liter: qui ſuis ꝑncipat mentalib⁹
appetitibus ⁊ deſiderijs carnali-
bus: ⁊ ille rex ẽ q eos regit. Job.
xij. Effundit deſpectionem ſuper
principes. Ubi Greg. mor. xi. ꝑn
cipes inquit dñr qui principãtur
cogitationibus. Et ſuper illđ ibi-
dem. Balteum regum diſſoluit:
Greg. ait. Qui membrorũ ſuoꝝ
motus bene regere ſciunt: meri
to reges dñr. Et ſuper illud Job
xxxvj. Reges in ſolio collocat in
perpetuum. Greg. mor. xxvj. ait.
Reges. ſ. qa prelati motibus car
nis: modo appetitũ luxurie fre-
nant: modo eſtũ auaritie tempe-
rant: modo gloriam elationis in
clinãt: modo liuorũ ſuggeſtiões
obruunt: modo ignẽ furoris exti
guunt. Reges. q2 temptationem
motibus: non conſentiendo: ſuc-
cumbere: ſed regendo preeſſe no
uerunt. hec Greg. Quia igit ta-
les realiter: ⁊ virtualiter reges ſũt
Idõ Horatius in carmine lyrico





ad reprimendã dñandi libidinẽ3
ita canit: prout recitat Aug. v. de
ci. c. xiij. Latius regnes: auidu3
dominãdo ſp̄m: q̃ ſi libiã re-
motis Gadibus iungas: ⁊ vter-
qꝫ polus Seruiat vni. Et đ hoc
Claudianus egregie alloquens
Theodoſium ait. Tu licet extre-
mos late dominere ꝑ indos. Te
medus: te mollis arabs: te ſeres
adorẽt. Si metuis: ſi ꝓua cupis
ſi duceris ira. Seruitij patiere iu
gum: tolerabis iniquas. Interi⁹
leges: tunc omnia iure tenebis.
Cum poteris rex eſſe tui: procli-
uior vſus. In peiora dat: ſuadet-
qꝫ licentia luxum. Illecebris ef-
frena fauet. tũc vinces ſed cõpri-
me motus. Aſperius: cũ prom-
pta venus: cũ durius ire. Conſu
litur cũ pena patet. ſed cõprime
motus. Nec tibi quid liceat. ſed
qd feciſſe decebit. Occurret mẽ
tem domet reſpectus honeſti. H
lle. Unde ⁊ valentius imperator
octogenarius: ⁊ adhuc ꝟgo: die
fati ſui: precõla triumphoꝝ ſuo-
rum recolens q̄bus feliciſſimus
fuerat: ait ſe tm̃ vna victoria glo-
riari. Et requiſit⁹: qua: reſpõdit.
Quia ĩimicoꝝ neq̄ſſimã domui
carnẽ meam. Amice: hic impera
tor inglorius magraſſet a ſeculo:
niſi ei reſtitiſſet: cum qua tu fami
liarem aſſenſu3 pepegiſti. ait Ua
lerius in paruo tractatu. Illi ergo
ſunt reges ⁊ principes: qui ſic ſe-
ipſos ⁊ ſua oĩa regunt. Job. xxix.

Cum regibus ⁊ conſulibus terre
Ubi Greg. Reges: q2 ſua corpo-
ra bene regere ſciunt. qui deſide
riorũ3 motus in ſe temperãt: ſub
iectas cogitationes lege virtutis
regulant. Reges: qa ſibiipſis pre
ſident: ⁊ ſe reges ſciunt. Idõ bea-
ta terra: cuiuſ rex nobilis ẽ: ⁊ vhe
terre: cuius rex puer eſt. Ecc. xi.
Un̄ bene dicit Sen̄. epiſtola. lxix
ꝙ multi vt hoſtem vincerẽt: vi-
cti ſunt cupiditate. Nemo cupi- G
ditatibus reſiſtit: nemo ambitiõi
nemo crudelitati. Et cum agere
videanẽ: ab eis agitanẽ. Et epiſto
la. cxv. loquens de Alex. ait. Ui-
ctor tot regum: tot gentium: tot
populorũ: ire triſtitieqꝫ ſuccum-
bens. Id enim egerat: vt omnia
potius in poteſtate haberẽt q̃ ſe-
O q̃ magnis homines tenẽtur
erroribus. Feliciſſimos ſe iudicãt
ignarri: ꝙ imperari ſibi magnũ
eſt imperium. Et ideo ide3 ep̃la
xxxviij. Si vis inquit oĩa tibi
ſubicere: te ſubice rõni. Multoſ
reges: ſi te rõ regat. Ab ipſa di-
ſces: quid ⁊ quemadmodũ ageẽ
debeas. Et quia nõ ſemper ſic fa
cit homo: ideo nõ ſemper eſt ve
rus rex ait idẽ epiſtola. cxvi. Ani
mus noſter modo eſt rex: mõ ty
rãnus. Rex eſt: cum honeſta in- H
tueẽ: ſalutẽ cõmiſſi corporiſ curat
⁊ nihil illi ĩperat turpe: nihil ſor-
didum. Ubi ꝟo corpus eſt ipo-
tens: ⁊ delicatu3 tranſit in nomẽ
deteſtabile: ⁊ fit tyrannus. Pa-

nam igitur valet principari genti
bus exterius: dominari ꝓuitijs
eaſqꝫ humanis regere legibꝰ: ni
ſi princeps eas regens regat lege
rationis ⁊ diuine equitatis. Ma-
lus enim ſi regat ſeruus eſt tot do-
minorum quot vitiorū: Ait Augu.
I iiij. de ci. c. iij. Econtra: melior eſt
q dñatur aio ſuo expugnator vr
bium. ꝓuer. xvj. Ille enim vincit ⁊
expugnat exteriora: hic regit ⁊ or
dinat ſua interiora ſm ꝙ expoñit
Gre. ij. paſtora. c. xij. De tali ſ'ge
dr ꝓuer. xx. Rex q ſedet i ſolio iu
dicij intuitu ſuo diſſipat oē malū.
¶ Capl'm. xx. Qđ pnceps caue
at a tyrannide: ⁊ iniuſtitia.

e X predictis pz. qualr dif
fert pnceps: ſiue rex a ty-
ranno. Quia princeps dr
q eſt legiptime inſtitutꝰ: ⁊ iure di
uino ⁊ humano principat: qui ē
virtutibꝰ preditꝰ: ⁊ ſeipſum regit
vt dictum eſt, Tyrannus vo con-
K trarijs modis ſe hēt. Job. x. Nu-
merus annorū tyrannidis eius in
certus eſt: vbi mor. xij. ait Greg.
Tyrannus eſt: qui in cōi republica
non iure principat, Et Poli. lib.
iiij. c. i. Dria inquit ē tyranni ⁊ pn-
cipis: qꝛ hic legi obtēperat: ⁊ eiꝰ
arbitrio regit pplm: cuius ſe cre-
dit miniſtrum. Tyrannus vo con-
trarijs modis ſe hēt. Et in litteris
ſecularibus cautum eſt: ꝙ nō eſt
penum: tyrannum occidere: ſz equū
L ⁊ iuſtū: ait idē li. iij. in. fi. ſubdens
rationem qui a deo recepit ptātē

legibꝰ ſeruit: ⁊ iuſtitie: et iuris fa
mulus eſt, Qui vo eā vſurpat iu
ra deprimit: ⁊ volūtati ſue iura ſb-
mittit. In eū igit merito armant
iura qui leges exarmat. Jō Tul.
iij. de offi. c. vij. Nulla inquit no-
bis societas cum tyrannis: ſz po-
tius ſumma diſtinctio. Neqꝫ .n.
cōtra naturā eſt: ſpoliare eum ſi
potes: quem etiam honeſtū eſt
necare: atqꝫ hoc genus peſtiferū
⁊ impiū: ex hominū ſocietate ex
terminandū eſt. vt enim membra
quedā amputant: ſi ſanguine ⁊ ſpi
ritu carere ceperint: ⁊ ceteris mē
bris nocent: ſic ⁊ iſta tanqꝫ infir-
ma hois feritas ⁊ imanitas belue
a cōmuni humanitate corporis
ſeggregāda eſt. Vñ ⁊ omnis pn-
ceps: licet ſit legiptime inſtitutus
debet tamē cauere ab operibꝰ ty
rānicis: Que ſunt. Iniuſtis legi
bus populū opprimere. Indebitis
tributis ⁊ tallijs aggrauare. rebus
ꝓprijs ſpoliare: indebitis opibꝰ an
gariare. Ab inuadētibꝰ hoſtibꝰ nō
defendere: prepoſitos ⁊ ballinos
iniuſtos ad excoriandū populū
preficere. Et ſic de alijs. At enim
ait Aug. ij. de ci. c. xx. rex cum eſt
iniuſtus: tyrannus eſt. Et phus.
ethi. viij. ponens drām inter re-
gem. ⁊ tyrannum ait. Tyrannus
eſt q qđ ſibi conferens eſt intē
dit: rex: qui qđ eſt vtile ſubditorū.
Rex eſt qui per ſe ſufficiēs eſt: ⁊
omnibus bonis ſuperexcellens.
⁊ talis nullo indiget. v tilia nō ſi



bi. ſed ſubditis intendit: ait ibidē.
Unde de principantibus mō ty-
rānico. ꝓuer. vij. dr. Leo rugiēs
vt vrſus eſuriens princeps impi-
us ſuper populum pauperē. Dux
indigens prudentia multos op-
primit per calumniā. De talibus
cōquerit dñs Iſai. xix. principes
tui infideles; ſocij furū. Et de his
Seneca. iij. de naturalibus. q. c.
i. Potius inquit eſt deorum ope-
ra celebrare: qꝫ philippi: aut Ale
xandri latrocinia: ⁊ hanibalis: ⁊
aliorum. Et ſequit: ꝙ eſt precipu
um in rebus humanis: non claſ-
ſibus maria compleſſe: nec in ru
bri maris littore ſigna poſuiſſe:
nec deficiente terra: ad aliorum
iniurias erraſſe: in occeano igno
ta querere: ſed animo vidiſſe: ꝙ
nulla maior victoria: qꝫ vitia do-
muiſſe. innumerabiles ſunt q po
pulos in ptāte habuerunt: pauciſ-
ſimi qui ſe. Hec ille. Sz pnceps
nobilis ⁊ iuſtus cauet a predictis
cogitās: ꝙ eſt pater patrie. vt ha-
bitum eſt ſupra. vt enim dicit phs.
Ethi. xviij. Similis eſt compara-
tio regis ad ſubditos. patris ad fi
lios: paſtoris ad oues. Paterno
enim modo: pie debet regere pplz
vt dictum eſt. s. Que ſit aūt mer-
ces talis principū bn̄ regētium
dr Deu. xvij. Non multiplicabit
equos. Sequit. Vñ lōgo tempo
re regnet ipſe: ⁊ filij eius ſup iſrl,
Quale vo ſit dānum tyrannice
regentium dr. Ecc. x. Regnum a

gente in gentem transfert ꝓpter
iniuſtitias: ⁊ cōtumelias: ⁊ diuer
ſos dolos. Ut patet de Saule. i.
Reg. xv. ⁊ poſt de Roboam. iij.
Reg. xij, Eterna vo merces bene
regnantiū eſt: regnare cum rege
regum in eternū. Ut Dauid, In-
iuſte vo principātiū dānatio eter-
na. iudicium enim duriſſimū his
q preſunt. ⁊ potētes: potēter tormē
ta patientur ſapientie. vj.

¶ Quarta diſtictio. De informa
tione eorum qui ſunt preſides ꝓ
uinciarum.

e Xpeditis cum dei adiu
torio occaſionibus allo
quendi principem: qui ē
ad modum capitis in republica:
conſequēter videndum eſt de infor-
matione eorum qui ſe habent ad
modum membrorū. Ut enim tactū
eſt ſupra: preſides prouinciarum
⁊ iudices ac legiſperiti vendicāt
ſibi officium aurium: oculorum:
⁊ lingue. Et loquendo ꝓ appro-
priatione: preſides prouinciarū
ſiue poteſtates ciuitatum: ſiue pre
poſiti populorū: ſiue ballini villa
rum: habent ſe ad modū aurium.
Suſcipiunt enim precepta princi
pis. ⁊ iō auribus aſſimilant. Iu-
dices vo (qui recta vident ⁊ iudi
cant) oculis comparant, Lingue
quarum vſus eſt eloqui: poſſunt
comparari legiſperitis ⁊ patronis
cauſarum.

¶ Capitulum primum. Quod
preſides nō ambiant illa officia.

Rimi aũt.ſ.preſides ⁊ ꝑ
T poſiti admonendi ſunt ⁊
inſtruendi ne ſint cupi/
di ⁊ ambitioſi taliũ dignitatũ pro
pter eaſdez rationes: propter q̃s
princeps non debet ambire prin
cipatum. De qbus ſupra. Si eni
latrocinia ſunt parua regna: ſm
Aug. ⁊ Tulium vbi.s̃.multo ma
gis tales dignitates ſunt quidam
principatus: ⁊ eis vtentes vocan
tur poteſtates. Non ergo ex am
bitione vl' cupiditate lucri tꝑalis.
nec ex appetitu tranſitorij hono/
ris debent aſſumi huiuſmodi of
ficia: vel vt veri⁹ dicaz onera ⁊ pe
ricula: ſʒ d̄bẽt aſſumi intuitu obie
V ſuperioris principis iniungentis
⁊ affectu comodi reipublice: ⁊ de
ſiderio ſubueniendi indigentib⁹
ſuo auxilio ⁊ patrocinio. ecc.vij.
Noli q̃rere ab homine ducatuz
nec a rege cathedram honoris
Noli querere fieri iudex: niſi va
leas: virtute irrumpere iniqtates
Sed valde difficile eſt irrũpere
iniquitates diebus iſtis: qa mul/
ti iniqui atq̃ ĩfideles regno: pau/
ci v̓o boni: vt eni ait Acciuſ ſicut
recitat Tulius.iij.li.de offi.c.xix.
Ad vulgi opinionem: que maior
X vtilitas q̃ regnãdi eſſe poſſit? Ni
hil tñ inutilius eo q̲ iniuſte con/
ſecutus ſit inuenio Poſſunt cui
q̃ vtiles eſſe languores: ſollicitu
dies diurni ⁊ nocturni metus: vi
ta inſidiarũ ⁊ periculorum ple//
niſſima? hec ille. Et vere ille qui
ex ambitione ⁊ libidine preſſiden
di conſequit̃ dignitatẽ prefecture
iniuſte conſequit̃. Indigni ergo
non ſunt a principibus preficien
di in dictis officijs ait Val. li.vj.
c.viij.narrans de quodam: q̲ cõ
ſuluit: neutruz mitti in hiſpaniaz
conſulẽ a ſenatu de duobus: quo
ruz alter nihil hẽbat: alteri nihil
erat ſatis: eque malã imperij ma
giſtram iudicans: inopiaz ⁊ aua/
ritiã. Quãdo eni prefectuſ egen⁹
ẽ. multa extorquet a ſbiecto po/
pulo: vt ſuſtentet̃ ⁊ ditet̃. Quãdo
v̓o auar⁹ eſt prefect⁹: multa ra/
pit: vt ei⁹ auaritia ſatiet̃. Tales igi
tur excludendi ſunt ⁊ ãmouendi
a talibus officijs. Unde in hiſto/
rijs ſuper actus apoſtolorũ narra
tur de tiberio: qꝛ.ſ. erat in negoci
is moroſus: ⁊ ſegnis: ⁊ vix aut
nunq̃ mutabat procuratores. ⁊
querentibus cãm: rñdit: parcere
ſe plebicule. Scientes eni: ſe ha/
bere procurationẽ ad modicum
tempus: emungunt populũ vſq̃
ad ſanguinẽ: ⁊ tãto acrius domi/
nant̃: q̃to breuius. ⁊ qui recẽtes
veniunt. diſſipant q̲dquid inueni
unt. Et dicebat exemplũ de quo/
dam vulnerato. Qui cuz eſſet in
via nec amoueret muſcas de vul
nere: alter ſuperueniẽs: putãs: qꝛ
has dimitteret ex imbecillitate: ab
egit eas. Ad quem ille. Male fe
ciſti: qꝛ muſce quas ãmouiſti ple
ne erant ſanguine: ⁊ me partius
moleſtabant. Que aũt ſuperueni



ent: acrius pungent. Sic ⁊ ꝓcu
ratores vl' officiales recẽnter ſub
ſtituti: acrius in ſubditos deſeui/
unt. hec ibi. hñtes igit̃ maiorem
famẽ ſiue ex inopia ſiue ex auari
tia improbius rapiunt ⁊ deuorãt
vñ Val.li.vi.c.ij.narrat de vetu/
la que orabat deos ꝓ vita Dioni
ſij tyrãni. A qua cũ ille quereret:
quo merito ſuo id faceret: rñdit.
Quando erã puella: ⁊ grauẽ ha/
beremus tyrãnũ: carere eo cupie
bamus. Quo interfecto: deterior
arcem occupauit: eiuſq̃ dñatio/
nem finiri oẽs cupiebãt. Tertiuz
importuniorẽ oib⁹ haberẽ cepim⁹
rectorem. Timens itaq̃: ne ſi tu
fueris aſſũpt⁹. deterior in locũ tu
uz ſuccedat: caput meũ ꝓ ſalute
tua deuoueo. Tam fatuã autẽ au
datiã punire Dioniſius erubuit.
Quales aũt ſint aſſumendi ⁊ ꝑ/
ficiendi ſufficienter docet̃. Exo.
xviij. Prouide ait dñs: moyſi de
omni plebe viros potẽtes. Alia
littera hẽt ſapientes ⁊ timẽtes de
um: in quib⁹ eſt veritas: ⁊ q̲ ode
rint auaritiã: ⁊ conſtitue ex eis tri
bunos ⁊ centuriones. ⁊c. Debẽt
enim eſſe potentes iuſtitie ⁊ alia/
rum virtutum ſtabilitate firmati:
timentes deuz: cultus diuini pie
tate: hñtes veritatez vite ⁊ iuditij
in recta diiudicatione: cuz auari
tie deteſtatiõe. ⁊ munerũ refuta
tione: de quibus infra: ⁊ abſq̃ ſb
iectorum ſpoliatione. ⁊ excoriatio
ne. Talis fuit ſeruus Abrae q̲ ꝑ
erat oibus que habebat. vt patet
geñ.xxiiij. Talis fuit Joſeph. qui
ſub pharaone toti terre egypti ꝑ
fuit. Geñ.xlij. Talis dz eẽ ſeruus
fidelis ⁊ prudens ſuper familiaz
dñi ſui: Prout dicit Saluator.
¶ Capitulum ſecundũ. Q̃d pre
ſidentes caueãt a põpoſa ſeq̃lla.
Qualis autem debeat eſſe
quilibet talis prepoſitus
⁊ qualiter debet reger̃ po
pulum ſubiectum patet ex dictis
ſupra de principe. Debet eni imi/
tator eſſe boni principis ⁊ ſe recte
regere in officio ſibi cõmiſſo: ſi/
cut ⁊ princeps in dominio ſuo vl' D
regno. Secundũ eni iudicez po/
puli: ſic ⁊ miniſter eius. Et ſic ꝑn
ceps vel dux debet rectificar̃ om
nes in ſuo dominio recto regi//
mine: ſic ⁊ quilibet preſidens
ſub eo: Ecc.x. Qualis eſt rector
ciuitatis: tales habitantes in ea.
Nihilominus cauere ſe dz a fa/
milie ⁊ ſeruorum numeroſa põ/
pa: ⁊ a nimia perſonarũ inutiliũ
ſequella: ad ſubiecti popl'i graua/
mẽ. exẽplo antiquoꝝ. Uñ narrat E
Val.li.iiij.c.iij.de Catone: qui ẽt
cum bellis ciuilibus intereſſet: fi
lium trahens ſecum: duodecim
tñ ſeruos habuit. Similiter nar
rat ibi de ſcipiõe Emiliano qꝛ p⁹
duos inclitos cõſulatus. totidẽq̃
ſue precipue glorie triumphos: ſe
ptem tñ ſeruis ſequentibus offi/
tio legationis functus eſt ⁊ ſequi
ur. Itaq̃ cũ ꝑ ſocias ⁊ exteras

gentes iter faceret:non ei⁹ man/
cipia:ſʒ victorie numerabāt: nec
ꝙ̄tū auri ⁊ argenti:ſed ꝙ̄tū am
plitudinis ſecuʒ pondus ferret ex
F timabatur. ¶ Item cauere dʒ
preſes q preeſt populis a congre
gatione indebita diuitiarūʒ: ⁊ ab
iniuſte extorta pecunia. Exēplo
antiquorum:prout narrat ibideʒ
Val.de talibus:q poſt cōſulatus
in nullo fuerunt ditiores:ſed etiā
pauperes mortui ſunt.Vn̄ narr/
rat:ꝙ Valenti⁹ poſt tres cōſula
tus poplo romano acceptiſſimoſ
ſic mortuus eſt paup:ꝙ patrimo
nium ad exequiarū expenſaʒ nō
ſufficiebat.Siſr narrat de Mar
co veneo.q fuit arbiter ſalutis pu
blice ꝙ ita pecūia inops deceſſit
ꝙ ſepulture honore caruiſſet: ni
ſi ex collecta pecunia a poplo fu
neratus fuiſſet.Similiter narrat
de alijs:ꝙ ſic pauperes poſt cō/
ſulatus ſuos deceſſerunt:vt non
haberent:vnde filias ſuas mari
tandas dotarent: nec vnde cum
honore ſepeliri poſſēt. Et hoc iō
q: quilibet intēdebat ſaluti reipu/
blice.nō comodis ꝓprijs vt di/
ctū eſt.ſ̄.vbi de republica.⁊ d̄ cō
ſulibus.Vegetius li.iiij.c.iij.ait.
G ꝙ Scipio poſt res geſtas ꝓſpere
in hiſpania: in ſūma paupertate
deceſſit:nec ea quidē relicta pecu
nia que ſufficeret in dotem filia/
rū q̄s ob inopiā:publice dotauit
ſenatus. ¶ Iteʒ cauere debet ta
liʒ a comeſſatiōe ⁊ luxu: ⁊ a luxu
riarū laſciuia.Vnde narrat Val.
vbi.ſ̄.de quodam illuſtri viro.ſ.
Catone: qui tribus tm̄ ſeruis cō
mitat⁹ hiſpaniā rexit.⁊ eodē cibo
ac potu content⁹ erat quo remi/
ges.Illū.n.grata frugalitatꝫ ꝯſu
etudo in hoc genere vite cum ſū
ma dulcedine ꝯtinebat.Similit
narrat Vegetius vbi.ſ̄.c.i. qualr
antiq cauebant a laſciuia luxurie
vt Antigon⁹. Qui cum audiſſet
filium diuertiſſe in eiuſ domum
cuius tres filie inſignes ⁊ ſpecio
ſe eſſent:iuſſu edixit:ne quis min⁹
quinquaginta annis natus:hoſ/
pitio matriſfamilias vtereť.pre/
dicta eni multū nocent exiſtētib⁹
in publicis officijſ:⁊ ēt poplis ſb
iectis. Ideo tales a predictis ca/
uere debent:quorū multi contra
ria faciūt.Quod dolēdū eſt.Sū
me aūt ſic preſidentes habere de
bent deum ⁊ eccliam in reueren
patrem Math. xi. Abſcondiſti
hec a ſapientibus ꝛ prudentibus
ꝛ manifeſtaſti ea paruulis. Et ps
Intellectum dat paruulis. Et ſa
pientie. vij. Optaui: ꝛ datus ẽ mi
hi ſenſus: Jnuocaui: ꝛ venit in
me ſpũs ſapie. Unde narratur i
collationibus Caſſiani de abba
te Theodoro: ꝛ idẽ Caſſiodorus
de inſtitutione ſcripturarum ꝙ cũ
explanationẽ obſcure queſtio
nis inquireret ſeptem dieb' ꝛ no
ctibus: in oratiõe infatigabilis p
ſtitit donec ſolutionem eius do
mino reuelante cognouit. Ideo
ait Caſſianus: Monachum cu
pientem ad ſcripturarum noti
ciam pertingere: nequaꝙ̃ debet
labores ſuos erga comẽtariorũ
libros expendere: ſed omnem in
duſtriam mentis. ꝛ intentiõe cor
dis erga emẽdationẽ vitiorũ car
nalium detinere. Quibus expul
ſis cordis oculi: ſublato velamie
paſſionũ: ſcripturaruꝫ ſacramẽta
contemplant. Et ponit exempluꝫ
de oculis corporalib' ꝛ lumine vi
ſibili: quod intuent oculi natura
liter: ablatis vitijs oculorum. Cũ
vera ergo humilitate: cũ cordis
ſanctitate: orationis puritate: ꝛ
N operis eqtate auditor ſcripture ſa
cre in ea ſtudeat. Ecc. i. Fili con
cupiſce ſapiam: ꝛ ſerua iuſtitiam
ꝛ deus prebebit eam tibi. Et ſtu
deat ordinate ꝛ artificialiter p̄io
in facilioribꝰ. ſ. in hiſtoria ſcriptu
re perficiẽda. Et quia res in ſcri
ptura ſunt ſignificatiue. deinde
ſtudeat in difficilioribus intelligẽ
tijs: vt pertingat ad profundiores
ꝛ altiores. Ut enim ait Hugo. vbi
O ſ. inſtruendus eſt ſtudens. ſ. in
ſcriptura ſacra. quod cauet debe
at: deinde informandus: qualiter
que ſunt agenda perficiat. Nam
duo inequales ingenio. equales
ſtudio lectioni intendunt: ſed nõ
equaliter perficiunt: qꝛ vnus diſ
cretiꝰ ꝛ prudẽtiꝰ laborat. Sũt
enim tria que nocẽt ſtudijs legẽ
tium. ſ. negligentia: qñ ea que
ſunt diſcenda pretermittunt. Im
prudẽtia: qñ ordo congruꝰ ꝛ mo
dus in diſcendo nõ ſeruat. Et for
tuna: quãdo paupertate vel infir
mitate aut doctorum priuatione
P quis a ꝓpoſito retardatur. Et ſic
ſtudeat vt operet. ait ibidẽ. Nec
ſic eũ lectio teneat: vt a bono ope
re vacare compellat. Xpiano enim
phõ lectio: exhortatio debet eẽ
non occupatio. Et bona deſide
ria debet paſcere nõ necare. Ubi
narrat de quodam probabilis vi
Q te: q multũ flagrabat amore ſcri
pturarum. Et deſiderio ſapie fer

uens:in ſpectis impudenter ſim-
plicioribus ſcripturis cepit: profũ-
da ꝛ obſcura rimari: ꝛ enigmati-
bus ſcripturarum enodandis: ac
myſticis ſacramentorum intelle-
ctibus inſiſtere. Sed mens hu-
mana non ſuſtinens tantũ pon-
dus: non ſolum ab vtilibus: ſed
R ꝛ neceſſarijs artibus cepit ceſſare.
verſoq; vento in contrarium: ex
ſcripturis occaſionem erroris ha-
buit: qbus vti non nouit mode-
ramine diſcretionis. Sed miſera-
tione diuina tandem per reuela-
tionem eſt monit⁹: qualiter am-
plius carũ ſcripturarũ ſtudio in-
cumberet: ſi ſanctorũ patrum vi-
tam: ꝛ martyrum triumphos fre-
quentare conſueſceret. Sicq; in
breui: ad ſtatum priſtinum eſt re-
ductus. Ideo puer. xv. Sicut q
mel multum comedit: non eſt ſi-
bi bonum: ſic q ſcrutator eſt ma-
ieſtatis opprimet a glia. ❡ Per
S gradus ergo aſcendat: qui ſit le-
ctio ſine doctrina, meditatio: ope-
ratio: oratio: contemplatio. Le-
ctio enim intelligentiã dat: medi-
tatio cõſilium pſtat: oro petit: con-
templatio inuenit: prout dicit ibi
Hugo. proſequens de his bene.
Audiẽs ergo ſcripturas ꝛ ſtudẽs
in eis: ope impleat que audit. Sic
fecit Pamphrutius abbas: de q
legitur li. xiiij. hyſtorie tripartite.
ꝙ cũ eſſet ſine litteris: acceſſit ad
T quendam vt doceret. Qui cum
audiſſet primum verſum illi⁹ ps:
dixi: cuſtodiã vias meas ꝛc. Se-
cundum verſuz nõ eſt paſſus au-
dire. dicens. Si potero hoc imple-
re: hic verſus mihi ſufficit prĩmo-
do. Cumq; doctor poſtea culpa-
ret eũ: ꝙ per ſeptẽ mẽſes ad eũ
nõ veniſſet: rñdit: verſuz illũ ad-
huc ope nõ impleui. poſtea vero regſi-
t⁹ an verſũ illũ didiciſſet ꝛ ope cõ-
pleſſet: quadraginta (inquit) ãnis
vix illud implere valui. Ad exem-
plum ergo iſtius: vir ſcolaſtic⁹ in
ſacra ſcriptura ſtudens: ope im-
pleat que audit: vt ex ope augeat
ſapientia. Hic enim agentibus
dedit ſapientiam. Ecc. xliij. Et ſi-
cut ſtudentes in alijs ſciẽtijs ca-
uere debent a peruerſa intentiõe
ſic in ſacra ſcriptura ſtudẽs. ꝛ eo
magis: quo ipſa perfectior. Quia
ſunt nonnulli qui diuine ſcriptu-
re ſcientiam appetunt: vel vt diui-
tias agregent: vel honores opti-
neant: vel famã acqrant. Quoꝝ
intentio quãtum peruerſa tantũ eſt
miſeranda. Sunt ꝛ alij: quos au-
dire verba dei delectat: ꝛ opẽ
non: quia ſalutifera: ſed q; mira-
bilia: ꝛ diuina pconia in fabulas
conuertunt. Et ſunt q ſacras ſcri-
pturas legunt: vt ſint parati om-
ni poſcenti reddere rationem de
fide: vt inimicos veritatis deſtru-
ant: minus eruditos inſtruant: vt i
veritatis perfectius agnoſcant: ſe-
creta dei altius intelligant: arca-
na: quorũ deuotio laudanda.
primi ſunt miſerandi: ſecũdi lau-



dandi: tertij laudandi: ait Hug.
vbi. ſ. Predicator ergo diuinus
alloquẽs ſcolaſticos: debz explorar
in qbus ſciẽtijs ſtudeãt ꝛ laborẽt
(prout expedire viderit) cuz eis
conferat de predictis.

❡ Sexta pars principalis. De in-
ſtructione religioſorum.

❡ Prima diſtinctio. De religio-
nis prima inſtitutione.

Numeratis modis q-
bus poteſt predicator
diuinus conferre cuz
viris ſcolaſticis: nunc
Saluatore illuminã-
te: ꝛ docente: videndũ eſt de mo-
dis alloquẽdi viros monaſticos
ſiue religioſos: ꝛ cum eis confe-
rendi q̃tum ad ea que ſunt eis p-
pria ſiue appropriata. Et quia de
vita religioſorum ꝛ virtutibus de-
terminatur a beato Grego. libro
dial. ꝛ in vitis patrum: ꝛ collatio-
nibus eorum: ꝛ in libro q dicitur
paradiſus: ideo hic breuiter dicet
de cõibus ꝛ generalib⁹: vt det ſal-
tem occaſio ſapientibus.

❡ Primo igitur videndum de
ſacre religionis primaria in-
ſtitutione.

❡ Secũdo de vite religioſe emi-
nentia ꝛ dignitate.

❡ Tertio de virtutuz perfectiõe:
in quibus principaliter dicitur
religio conſiſtere. ſ. pauperta-
tis: caſtitatis: ꝛ obedientie.

❡ Quarto: de quarundaz aliaꝝ
virtutum neceſſitate: ad perfe-
ctam obſeruantiam ſacre reli-
gionis.

❡ Quinto de ſacre religiõis cõ-
moditate ꝛ vtilitate i hac vita.

❡ Sexto: de premij bonoruz re-
ligioſorum magnitudine.

❡ Septimo de male viuentiuz
in ſacra religione peruerſitate

❡ Octauo: de pene eorũ vel tor-
menti grauitate.

❡ Capitulum primuz. Quid ſit reli-
gio: ꝛ vnde dicatur.

Et primo notandũ: ꝙ cũ
religio vera: ſit qua deus
vnus colitur: ꝛ pregatiſ-
ſima pietate cognoſcit: vt ait Au-
gu. de vera religione poſt pricipi-
um. Siue religio non aliud niſi
Z cultus diuinus: vt ait idẽ. x. de ci.
c. i. Eſt enim religio q̃ ſe aia vni deo
vnde ſe ſe peccato ſubreperat re-
conciliatione ligat. vt idem ait de
quãtitate anime. Unde religio ap-
pellat: ꝙ ea religem⁹ vni deo ani-
mas noſtras ad cultum diuinuz
vinculo ſeruiendi: vñ religio di-
A cta phibet a religẽdo deũ. Ami-
ſeramus enĩ euz negligentes: ait
Pap. Cum (inq;) religio ſit talis:
tamen hic fit mentio de religiõe
prout eſt ſupererrogatio deuo-
tionis cultus diuini in adimpletio-
ne cõſiliorũ euãgelicoꝝ. Cui po-
teſt cõuenire diffinitio Tulij rhe-
torica prima. li. ij. vbi ait. Religio
eſt que ſuperioris cuiuſdã nature
(quam diuinam vocant) curã ceri-
B moniã q; affert. Et eidem conue-

nit quod ait Aug. de vera religio ne. Religio eſt ſtudiū ſapie. Hec enī eſt vera ſapia: adimplere cō/ ſilia euangelica,

¶ Caplm ſecundū. De inſtitutio ne ⁊ ortu religionis.

r Eligioſorum conuentuz primus Samuel inſti/ tuit iugiter pſallentiū do mino. vt ait magiſter in hiſtorijs ſuper illud .i. Reg. x. Obuiuz ha

C buit gregem ꝓpharum deſcēdē tium de excelſo: ⁊ ante eos pſal/ lentium. ⁊c. Et dicebant prophe/ tare. i. laudare deū iugiter: ait ibi magiſter. Et religioſorum perſo/ nam geſſerunt ꝓphe: ait Hiero. epla. xlij. Filij (inquit) ꝓphetarum (quos mōachos i veteri legim⁹ te/ ſtamento) edificauerunt ſibi ca/ ſulas prope fluēta Iordanis ⁊ vr/ bibus derelictis: polēta ⁊ herbis

D agreſtibus in heremo victitabāt. Unde ⁊ Johannes Baptiſta: in heremo vixit: cui veſtis aſpera: zona pellicea: mel ſilueſtre. om nia virtuti ⁊ continentie prepara ta. Deinde dei filius (q cum eſſet diues omniuz: factus ꝑpter nos egenus) ſacram religionem ve/ raciter inſtituit: ⁊ augmentauit quando pauperes elegit: diuites

E in fide: vt enim (relictis omnibus) ſequerēt. Mat. v. Uenite p⁹ me. De quo ⁊ ipſi gloriāt. Mat. xix. Ecce nos reliquimus oia. hoc enī eſt apoſtolici faſtigij: ait Hie ro. epla lxxxviij. Et hoc fecit eos apoſtolos: ait Criſo. ſuper Mat. Omel. xlvj. Antiqua igitur inſti tutio ſacre religionis ordinata ⁊ autentica eſt.

¶ Secunda diſtinctio. De reli/ gionis eminentia.

¶ Capitulū primum. Quo pa tres antiqui modum hunc viuē di preelegerunt.

e X predictis patet emi nentia ⁊ dignitas reli gionis: ſiue vite reli/ gioſe: quam xp̄s pre/ elegit: diſcipulis tribu it. ⁊ alijs predicauit. Math. xix. Si vis perfectus eſſe: vade ⁊ vē de oīa que habes: ⁊ da pauperi/ bus. ⁊c. Unde talem vitam duxe runt Apoſtoli poſt aſcenſionem domini Saluatoris. quando nul lus dicebat aliquid eſſe ſuum ſed erant illis oia cōia. Act. iiij. Si militer talē vita habuiſſe creden/ tes in Alexandria ſub Marco euangeliſta narrat Philo vir do ctus li. i. hiſtorie eccliaſtice. c. xvi. Ubi mira dicit d̄ vita eoꝝ. Pri mo inquit omnes renūtiabāt cō/ ctis facultatibus: ⁊ extra vrbem egreſſi: i hortulis vl exiguis agel lis degebāt: refugientes iparis p poſiti: ⁊ vite diſſimilis contuber nia: ſciētes: hec eſſe ipedimēta: ar/ duū volentibus iter virtutis ince dere. Et ſequitur ibi: multa enā merās que in noſtris inquit exer centur monaſterijs. Continentiā velut primum fundamentuz in



ia collocans: ⁊ ita deinde reliq̄s ſuper hanc peragūt edificare vir tutes. Cibuz potūq; nullus eoꝝ capit ante ſolis occaſuz: tpe vide licet lucis cū prophetie ſtudijs: curam vo corporis cuz nocte ſo ciantes: nonnulli poſt triduuz in cōionē veniunt cibi. Quos vo edacior ſtudiorum fames perur/ get: alij quarta die vel ſexta: neceſ ſarium corpori indulgent cibum. Et ſequit ibi. q apud eos conſe/ crate virgines: indignū ducebāt libidini mancipare vas ad capiē dam ſapientiam preparatuz. Se orſum viri: ⁊ ſeorſum femine cō/ gregant. Uinum nemo guſtu cō tingit: ſed nec quanlibet carnem ſed autem panis ⁊ aque poculuz cuz ſale vel yſopo cib⁹. Et ibi alia multa narrat. Et de hoc caſſian⁹ ij. collationū. di. q in primordijs fidei probatiſſimi monachi a bea to Marco: q poſt Alexandrine vrbis pontifex fuit: normam ſu/ ſceperunt viuendi. Non illa ma gnifica: vt in actibus ante retine/ bant: verum etiā multo ſubtilio/ ra cumulauerunt. Idez habetur libro primo hiſtorie tripartite an te finem.

¶ Capitulū ſecundū. De religio nis eminentia.

m Erito ergo eminens eſt ⁊ excellens vita religioſa prout ait Ber. in ſermōe de natali loquens de paupertate filij dei. Naſciturus inquit dei fi/ lius elegit quod moleſtius fuit carni: qz natus in paupere domo ⁊ ſic de alijs. Sed non tale iudici

L um mūdi: aut ergo iſte falax: aut mundus. Sed diuinam impoſſi bile eſt falli ſapientiam. Melius ergo ⁊ vtilius ⁊ potius qd̄ ipſe ele git: ita vt quiſq; aliqd doceat vl ſuadeat ab eo tāq; a ſeductore ſit cauenduz. vnde vt oſtenderet fi lius dei volūtarie paupertatis ꝑ/ cioſitatē elegit eam: ꝓut ait idez Ber. i ſermone d̄ vigilia natiuita tis. Quid inq; paupertate ditius

M Quid precioſius: qua regnū ce/ lorum emit gratia acgritur. Et in alio ſermone ait: q in celis bo/ norum omnium affluentia ſup/ petebat: ſed paupertas non inue niebat in eis. Porro in terra ha bundabat ⁊ ſuperhabundabat: ⁊ neſciebat homo precium eius. Hanc ergo dei filius ↄcupiſcēs deſcendit: vt eam eligeret ſibi: ⁊ nobis: ſua eſtimatione faceret ꝑ/ cioſam. Mira ergo fatuitas de/ trahentium paupertati volunta/ rie ꝑpter xp̄m aſſumpte: quā ſic ipſe elegit ⁊ precioſam oſtdit. Cū

N omnia relinquere propter xp̄um ſit melius: q; monaſteria extrue re: vel pauperes ſuſtentare: vt ait Hiero. epiſtola. cxv. loquens ad Nepotianū. Extruis inquit mo/ naſteria multus a te per inſulas Dalmatie pauperuz numerus ſu ſtentatur. Sed melius faceres: ſi ⁊ ipſe ſanctus inter ſanctos viue

res. Sequit. Apli gliantur: q oia
dimiſerunt: ⁊ ſecuti ſunt ſaluatorē
Et certe preter rhetia ⁊ nauez ni-
[O] hil eos legimus dimiſiſſe: ⁊ tamē
teſtimonio futuri iudicis coronā
tur: q ſe offerentes: totum dimi
ſerant qđ habebant: Plane er-
go h ait: meli⁹ eē relinquere om-
nia ꝓpter deū: ꝙ expendere res
poſſeſſas in vſus pauperum ſiue
[P] in extructionē monaſterioꝝ. Nō
enim ſoluz retribuit deus paupe
ri voluntario propter deum ꝙ-
titatem eorum que reliquit: ſꝫ eo
rum que cōcupiſcere potuit. An
Greg. ſuper euan. li. i. Omel. v.
Multum dimiſit q ſibi nihil re
tinuit. Sequitur. Tanta a ſequen
tibus ſunt dimiſſa: quanta a non
ſequentibus concupiſci potuerūt
Multum ergo dimiſit: q cuz re
poſſeſſa oi concupiſcentie renun
ciauit. Sed innumerabilia regna
[Q] poſſunt concupiſci. Qui ergo ꝓ
pter deum ſua dimiſit: ⁊ nihil cō
cupiſcit: iudicandus eſt: multa re
gna propter deum dimiſiſſe. Jō
merito retribuendū eſt ſibi re-
gnuz celorū. Mat. v. Beati pau
peres ſpū: qm̄ ipſorum eſt regnū
celorum. Et ideo ad vitā religio-
ſam hortat Hiero. in multis lo-
cis. Sicut epl'a. xxxiiii. vbi ait. Li
cet paruulus ex collo pēdeat ne-
[R] pos: licꝫ ſparſo crine: ⁊ ſciſis ve-
ſtibus: vbera quibus te nutriuit
mater oſtendat: lꝫ in limine pa-
ter iaceat: per calcatū perge pa-
trem: ⁊ ſiccis oculis ad vexillum
crucis euola. Solum pietatis ge
nus in hac re eſſe crudelem. Se
quit. Gladiuz tenet hoſtis: vt me
perimat: ⁊ ego de matris lachry
mis cogitabo? Propter patrez
xpi militiā deſeram: cui etiam ſe
pulturam: xpi cauſa non debeo:
Mat. viij. Item Hiero. epiſtola
lix. aduerſus vigilantiū. Quod aſ
ſeris: melius eos facere q vtuntur
rebus ſuis: ⁊ paulatim fruct⁹ poſ
ſeſſionum diuidunt: ꝙ eos q poſ
ſeſſionibus venūdatis ſimul om
nia largiūt: tibi nō a me ſꝫ a dño
Reſpondet. Mat. xix. Si vis p
fectus eſſe: vade vende oia que
habes: ⁊ da pauperibus. Ad cuz
loquit q vult eſſe perfectus: q cuz
apoſtolis patrem: ⁊ nauez: ⁊ rhe
te dimittit. Sed inqs. Si omnes
ſe recluſerint: ⁊ in ſolitudine fue-
rint: qs celebrabit eccliaſ: Qui
hoies ſeculares lucrifaciet? Cui
Hiero. Si omnes fuerint tecum
fatui: quis erit ſapiēs? Et ſuper-
addit. Rara eſt virtus: nec a plu
ribus appetit: ⁊ vtinaz eſſent om
nes q pauci ſunt. Multi eni ſūt
vocati: pauci vo electi. Infirmus
ergo: q hoc eſt virtus .ſ. vendere
oia ⁊ ſequi xpm: reſpectu d⁹ qđ
eſt celebrare miſſas. ⁊c.

Caplm tertium. De diſtin-
ctione religioſorum antiquorum

Erito ergo vita religioſa
[m] appetēda que eſt vita di
uina ⁊ apoſtolica: vt i ea
ſeruiat deo in tranquillitate: quaz
appetiere ſancti antiqui in egypto:
⁊ deinde per totum mundū. De
quib⁹ ⁊ eoꝝ vita Hiero. ad Eu-
ſtochiū epl'a. lxxxviii. vbi ait: q
tria genera mōachoꝝ in egypto
fuerūt ſcilicet Cenobitaꝝ q cōi-
ter viuebant Anachoritaruz: q
ſoli in deſertis degebant. Et alio
rum. quoꝝ genus dicitur remith
lingua eoꝝ: qui bini vel trini ſi-
mul habitabant. De primis: ⁊ de
vita eorum ait ibidem: q nullus
in cibo ſtrepitus: nemo ibi loqui
tur: viuitur pane: leguminibus:
⁊ oleribus que ſolo ſale conditū-
tur. vinū tm̄ accipiūt. Et alia ibi
de eoꝝ vita: qualia ait Philo
ſuperius. vnde ibi Hiero. Tales
Philo: tales Joſephus in ſecū
de captiuitatis hyſtoria refert. vi
te vo Anachoritaruz auctor fuit
Paulus: illuſtrator Antonius:
ꝑnceps Joānes Baptiſta vt ait
ibi. Digna eſt igitur ⁊ excellēs vi
ta religioſa. De cui⁹ excellētia
oſtenſum fuit Anſelmo cuz eſſet
quaſi in extaſi: prout dicit libro đ
ſimilitudinibus in ſi. Ait eniꝫ ad
eū angelus. vis videre: quis eſt
verus monachus? Et ille volo.
Et duxit eū: quaſi in ꝯſpectu ma
gni clauſtri ⁊ ſpecioſi. ⁊ ait Cir-
cūſpice. Et aſpexit: ⁊ erant parie-
tes obducti auro ⁊ argento puriſ
ſimo: herba i medio viret: ⁊ ipſa
argentea mollis ⁊ redolens: ⁊ vl
tra humanam opinionez delica
ta. Cumqꝫ ibi perpetuo habitare
eligeret: ductoꝛ eius ſibi ſpopon
dit: ſi vellet: ſe veram oñſurū pe
nitentiam poſſe ibi habitare. Et
tunc euigilauit. Quam viſionez
ſibi deus oſtendit: vt eſt pie cre-
dendū ad ſui ſolatiū: ⁊ aliorum.
exemplū. Admonendi ſunt ergo
religioſi: vt cōſiderantes religio
nis ſue dignitatez: digne ⁊ hono
rifice viuant in ea.

Capitulū. iiij. De tribus in q-
bus religio coſiſtit.

Onſiſtit autem vita reli
[c] gioſa principaliter in tri
bus. In voluntaria pau [Z]
pertate. In ſincera caſtitate. In
obedientie ſubiectione. In quo-
rū figura dictū eſt Abrae Gen.
xij. Egredere đ terra tua: ⁊ de co
gnatione tua: ⁊ đ domo pr̄is tui
In his enim trib⁹ conſiſtit vite
religioſe pfectio. ſ. In amoris ab
infimis eleuatione. In cordis ⁊
interiorum reformatione: ac libi
dinū cohibitione. In deo ⁊ ſum
mis adheſione. ait Aug. epiſtola
lxxxiij. Et ſummū eſt ipſa vitas:
infirma natura: nec beatum nec
miſerum eſſe poteſt quod media
inclinatione ad īfimū: miſera cō
uerſione ad ſummum btē viuit.
Qui ergo in xpm credit: nō dili [A]
git infimū: nō ſuperbit in medio
atqꝫ ſummo iherere: ⁊ ita fit ido
neus. In his igitur tribus eſt re
ligionis perfectio: vt dictum eſt:
Paupertas vo volūtaria ꝓpter

t

xp̃m aſſumpta fundamentũ eſt.
vnde ⁊ ſaluatoꝛ loquens de bea/
titudinib⁹: ⁊ eaꝝ meritis: ꝓmiſit:
beati paupes ſpiritu ⁊c. Mat. v.
innuẽs p hoc: ꝙ pauptas eſt fun
damentũ virtutũ et beatitudinũ.

¶ Capitulũ qntũ ↄ̃ pauptate ad
quã ſe obligãt religioſi.

a D hanc paupertatẽ ob/
ligant ſe religioſi ſm exi
gentiam ſui ſtatus. vł ad
nil habendũ propꝛiũ nec in cõi:
nec in ſpeciali: ſicut obligant ſe il
B li qui ſunt huius mee profeſſiõis
ſcilicet beati. Franciſci. vel ad nil
habendũ ſaltẽ propꝛium in ſpe/
ciali: ſicut obligant ſe illi qui pñt
habere in cõi: licet nullus poſſit
habere ꝓpꝛiũ. Omnes ergo ne
ſint preuaricatores voti: ⁊ ſue pro
feſſionis: ⁊ ſic rei dãnationis: cũ
ſumma diligentia ⁊ ſollicitudine
ſtudeant ſeruare paupertatẽ quã
profeſſi ſunt: exemplo ſanctoꝛũ
patrum ſcilicet beati Benedicti
C beati Franciſci. ⁊ alioꝛũ. Et hoc
merito. vt enĩ legitur in vitis pa
trũ li. ij. parte. vi. Theſaurus mo
nachi eſt voluntaria paupertas.
Sicut enim habẽs theſaurũ ſol
licite cuſtodit: ne vel omnino au
feratur vel diminuatur: aut mo/
do aliquo violetur: ſic religioſus
profeſſoꝛ paupertatis: ex voto: p
exigentia ſui ſtatus debet ſeruare
ſollicite paupertatẽ. vnde narrat
Gre. iij. dial. de abbate Iſaac: ꝙ
D offerentibus poſſeſſiones dice/
bat. Monachus q poſſeſſionẽ
in terra querit: monachus nõ ẽ.
Sic quippe metuebat ſue paup/
tatis ſecuritatem perdere: quõ di
uites auari ſolent perituras diui
tias cuſtodire. Hic enim erat ve
rus amatoꝛ paupertatis. De bea
to quoqꝫ Franciſco qualiter fuit
ſancte paupertatis amatoꝛ obſer
uatoꝛ: ⁊ cultoꝛ: facta ſua: mundo
manifeſtant. ⁊ in vita ſua in par/
te legit. Conſimilr ↄ̃ ſanctis anti
quis: vt patet in vitis patrũ vbi
ẽ. Sicut de quodã q euangeliũ
vendidit in pauperum nutrimẽ/
to di. Ipſum verbũ vendidi qđ
iubet omnia vendi ⁊ dari paupe
ribus. Nec ſolũ pauptatis exem
pla emicuerũt in ſanctis ſed etiã
in pꝛincipibus gentilibus: vt ait
Vale. lib. iiij. c. iij. loquens de Fa
bꝛitio: qui refutauit aurum ⁊ ar/
gentũ ſibi miſſum: ⁊ alia ꝓcioſa:
de quo dicitur ibi: ꝙ continentie
ſue bñficio ſine pecunia ꝓ diues
erat: ſine vſu familie habẽde co/
mitatus: qꝛ locupletem eũ facie/
bat non multa poſſidere: ſed mo
dica deſiderare. Et ibi de multis
talibus pꝛincipibus qui diuitias
refutabant: ⁊ quaſi dedignaban
tur: eas habere. vnde Senẽ. libꝛo
de prouidentia dicit: ꝙ Democri
tus diuitias ꝓiecit: onus illas bo
ne mentis eſtimans. Ideo ſequi
tur. Contemne diuitias. Nemo
tã pauper ꝙ̃ natus eſt. Et de eo
dem ait libꝛo de beata vita: ꝙ eo



die quo interdixit ſibi aliud ha/
bere: interdixit ſibi ⁊ aliđ petere.
Quaſi dicat. ꝙ nec aliqđ voluit
habere: nec aliqđ petere. ¶ Cõ
ſimiliter exempla mira pauperta
tis fulſerũt in phĩs prout narrat
Hiero. ↄ̃ Iouinianũ. de Dioge/
ne q habitabat in dolio ⁊ in poꝛ
tis ciuitatum: ⁊ manu cõcaua bi
bebat: nec voluit habere aliđ po
culũ. Et de hoc in tractatu ↄ̃ vir
tutibus. ⁊ de eodem ẽt Val. vbi
ſ. dicit ꝙ Alexander continẽtiã
Diogenis vincere nõ potuit. Ad
quem cũ in ſole ſedentem acceſ/
ſiſſet: hoꝛtareturqꝫ: vt ſi qua ſibi
pſtari vellet indicaret: reſpondit.
De ceteris interĩ a ſole mihi ve
lim non obſtes. Quaſi dicat. Ni
hil aliud volo: niſi ꝙ nõ ſtes in/
ter me ⁊ ſolem. hic enim effecit:
vt nihil ſibi eripi poſſet. Ait Se
neca ↄ̃ tranqllitate animi de quo
dam: ꝙ cũ amiſiſſet omnia ſua
ait. Iubet me foꝛtuna expeditius
phari. Si ergo ꝓdicti ignarri le
gis diuie ⁊ fidei: abſqꝫ ſpe regni
eterni: ⁊ ſimiliter ignarri diuie di
gnationis q̃ uoluit eẽ pauper ꝑꝑ
hoĩeſ: vt oñderet eminẽtiã pau/
ptatis ⁊ ꝓcioſitatẽ vt dictũ eſt. ſ.
ſic paupes fuerũt: nõ mirꝫ ſi fide
les ob regnũ celoꝝ: ⁊ pfectã filij
dei imitationem: velint eſſe diui
tiarum contemptores: ⁊ pauper
tatis ſanctiſſime ſectatores.

¶ Capitulum. vi. Qualis debet
eſſe paupertas.

f Ed qꝛ pauperẽ non facit
comendabilioꝛẽ paupe/
rtas: ſi inter ſoꝛdes pccã
non cauet: ꝓut ait Hiero. epiſto K
la. xcv. videndũ eſt: qualis debet
eſſe paupertas religioſoꝝ. Et no
tandũ ꝙ debet eſſe recto fine ſi/
ue intuitu pꝛeelecta et aſſumpta
ſcilicet ꝑꝑ deum: ⁊ vt liberi⁹ ⁊ ex/
peditius poſſit hõ deo vacare: et
agilius luctari cũ hoſtib⁹: cũ qui
bus nudi luctari ↄ̃bem⁹: ait Gre
goꝛi⁹ ſuper euan. lib. ij. omel. xij.
Propterea ait Petrus Mat.
xix. Ecce nos reliquim⁹ omnia.
⁊c. vbi ait Hieroni. ꝙ Socrates
phus ⁊ alij diuitias cõtempſerũt
ſed non ſecuti ſunt ſaluatoꝛem ſi
cut apoſtoli. Iđ Aug. ſuper ꝑs.
ſexageſimum nonũ. Iđ inquit L
pauper xp̃us omnia tempoꝛalia
cõtempſit: vt tu ſis tantũ ſpecies
eius. ¶ Itẽ debet eſſe pauper/
tas affectu amata. Religioſus. n.
debꝫ amare paupertatẽ ſicut ſpõ
ſam ſuã: ait Criſo. ſuper Mat.
omel. vltima. Paupertas eſt ſi/
milis pulchꝛe puelle: cuius ocul⁹
pur⁹ pꝛeclarus: mãſuetus: trãql/
lus: delectabilis: ad oẽs reſpiciẽs
neminẽ odio habẽs. Ad modũ M
ergo ſponſi debet religioſus dili
gere ſponſam ſuam paupertatẽ:
exemplo beati Fraciſci: q eam de
ſponſauit. vñ ꝑs. Elegi abiectus
eſſe in domo dei mei. ¶ Itẽ de
bet eſſe ilaritate iocũda: ⁊ reputa
tione pacata. Ait Greg. ſuꝑ Eze.

li.ij.omel.vi.Ille vere pauper ẽ:
N qui eo eget qđ habet. Nã ⁊ qui
non habet ⁊ habere non appetit
diues eſt. Pauptas quippe eſt
inopia mentis non in quãtitate
poſſeſſionis. Nam qui cum pau-
pertate bene cõuenit pauper nõ
eſt. puer.xiij. Melior eſt pauper
⁊ ſufficiens ſibi.⁊c. Et Señ.epła
ij. honeſta res eſt leta paupertas.
Et de hoc ſupra parte.ij. vbi de
O paupertate. ¶ Item debet eẽ ſta
tui cõgrua ⁊ moderata. Sũt.n.
eniz aliq qui erant in ſeculo pau
peres: ⁊ religionez intrantes: vo
lũt hře maiores diuitias ⁊ opulẽ
tias in omnibus: q̃ꝫ prius. Ideo
dicitur in tractatu de.xij. Abuſio
nibus in ſeptima abuſione: q̃ eſt
habitus precioſus in religiõe: ꝙ
qui veteres pannos ⁊ viles con-
ſueuerũt hẽre i ſeclo ⁊ i religiõe
P nouos ⁊ p̃cioſos hẽre ꝯtendũt.
Et hec ẽ magna abuſio: put ibi
exequitur. In quoꝝ perſona ait
Hiero.epła.xxxiiij. Nat⁹ in pau
pere domo ⁊ tugurio ruſticão: q
vix milio ⁊ cibario pane rugiẽtez
ventrem ſatiare poteram: nũc ſi-
milã ⁊ mella faſtidio: noui gene-
ra piſciũ: caleo ſapoꝛib⁹ auiuz.⁊c.
¶ Itez debet eẽ maceratiua vo
luntaria enim paupertas: marty
rium eſt: ait Ber. in ſermone de
Q oĩb⁹ ſanctis. di. Quid ſibi vult:
ꝙ eadem promiſſio pauperibus
⁊ martirib⁹ fit. ſcilicet regni celo
ruz Math.v. niſi ꝙ gen⁹ marty
rij eſt paupertas voluntaria? Se
quitur Nõ martyrij genus gra-
uius: q̃ꝫ iter epulas eſurire: inter
multas veſtes ⁊ pretioſas algere
paupertate p̃mi inter diuitias q̃s
affert mundus: oſtẽtat diabol⁹.
noſter deſiderat appetitus. vtriſ-
qꝫ ergo regnũ celoꝝ ꝓmittitur:
ſed pauptate emitur: in perpeſſio
ne ſancti martyrij abſqꝫ dilatiõe
percipitur. verus igitur paup vo
lũtaria paupertate ſic ſit pauper:
ꝙ ſuſtineat famẽ: ſitim inediam
⁊ inopiam: exemplo ſaluatoris q
ieiunauit ⁊ eſuriuit. Math.iiij. ⁊
exemplo diſcipuloꝝ qui ceperũt
euellere ſpicas Mat.xij. ⁊ beati
Pauli: qui in fame: ⁊ ſiti: frigo-
re ⁊ nuditate ſeruiuit deo.ij.cor.
xi. ⁊ p̃s. Ego aũt mendicus ſum
⁊ pauper. Sed eꝯ eſt de multis:
de quibus Hiero. vbi.ſ. dicit: q
ſunt quidã pauperes: q tali mo-
do volũt eſſe pauperes: vt nihil
eis deficiat. ¶ Item debet eſſe
ſcientia ⁊ diſcretõe regulata. Ait
Apo.phil.iiij. In omnibus inſti
tutus ſum. Scio ſaturari ⁊ eſuri
re: abũdare ⁊ penuriaz pati. Su
per qđ Gre. ſuper Eze.omel.vij.
dicit. Ars magna hec ſcilicet ſci-
re ſaturari ⁊ eſurire: abundare ⁊
penuriaz pati. Et mire diſcipline
ſciẽtia: que nobis toto cordis ni-
xu diſcenda eſt. Sequit. Quẽ pe-
nuria ſua non frangit: a gratiarũ
actione non retrahit: in rerum tẽ
poralium deſideria non accendit:



ſic ſcit penuriam pati. ¶ Itẽ de
bet eẽ humilitate ordinata. Ait
ſaluatoꝛ Mat.v. Beati paupes
ſpũ.⁊c. Quia ſcilicet ſic ſunt hu-
miles. Ait Aug. de ſermone dñi
in monte li.i. Humilitas eniz eſt
cuſtos paupertatis. ait Gregoꝛi⁹
dial.i.xxij.c. Quia ſine hũilitate
paupertas parũ prodeſt: eo ꝙ do
minus pauperem ſuperbũ odit.
Ecc.xv. Iđ ſumme cauẽda pau
peribus arrogantia. vt enim ait
Hiero. epiſtola.cx. plus eſt aiuz
depoſuiſſe q̃ꝫ cultum: difficili⁹ ar
rogantia q̃ꝫ auro carem⁹: aut gẽ
mis. His enim abiectis interdũ
glorioſi tumemus ſoꝛdibus: ⁊ vẽ
dibilez paupertatez populari au-
re offrimus. Iđ Iſai.lxvi. Ad
quem reſpiciam niſi ad pauper-
culum ⁊ contritum ſpiritu ⁊ tre-
mentem ſermones meos? Reli
gioſi ergo ſtudeãt. vt ſint paupe-
res modis dictis. Tales eiz pau-
peres: ſunt deo amabiles. Iaco.
pꝛio. Nõne pauperes elegit de⁹
in hoc mundo.⁊c. Tales exaltat
in iudicio: qꝛ erunt cũ eo iudices
Iob.xxxvj. Iudiciuz pauperib⁹
tribuit. De quibus bene Grego.
moꝛa.xxvi. Et caueãt ne ſint trãſ
greſſoꝛes ſui voti ⁊ poſſeſſionis:
poſſeſſiõe alicuius rei. ne ſcilicet
ſint damnãdi. vñ narrat Hiero.
epiſtola.lxxxiiij. de quodam reli
gioſo propꝛietario. Quidam in-
quit de fratribus partioꝛ: magis
q̃ꝫ auarioꝛ centum ſolidos quos
lina texendo acquiſierat moꝛiẽs
reliqt. Intereſt inter monachos
conſilium. Habitabant enim ibi
circiter qnqꝫ milia diuerſis cellu
lis: quid facto opus eſſet. Et alij
Y pauperibus diſtribuendos eẽ di
cebant: alij dandos eccleſie nõ-
nulli vo parentibus remittẽdos.
Macharius vo Pachomi⁹ et
Iſidoꝛus quos patres vocant:
ſancto in eis loquente ſpũ infodi
endos decreuerunt cũ eodem di
cendo: pecunia tua tecuz ſit in p
ditione. ſicut dictũ eſt Symoni
act.viij. Et merito: qꝛ tales men-
tiuntur ſpũi ſancto: ⁊ ſunt fures ⁊
latrones aliena vſurpãdo: ⁊ per-
iurij: ac voti trãſgreſſoꝛes. Ideo
ait Petrus Ananie act.v. Cur
tẽptauit ſathanas coꝛ tuũ menti
ri ſcilicet ſpiritui ſancto: ⁊ frauda
re de precio agri.⁊c. ¶ Simili-
ter de alio religioſo q habuit tres
Z aureos abſconditos narrat Gre
go.iiij. dial. ante fi. ꝙ ipſe beatus
Gre. ꝓhibuit ne fratres ad eum
in moꝛte accederent: neqꝫ cũ fra
tribus ſepeliretur: ⁊ ꝙ illos aure
os ſuper eum proicerent dicẽdo
pecunia tua tecum ſit in perditio
ne. Diuinus igitur p̃dicatoꝛ ſua-
deat religioſis: vt ſint pauperes
dictis modis ⁊ diſſuadeat ꝯria.
¶ Tertia diſtinctio. De caſtitate
ad quam obligant ſe religioſi.
¶ Caplm.i. Quid ſit caſtitas.
Icut autem religioſi de
ſ bent eſſe pauperes ſpiri

t 3

A ru in abdicatione temporaliū: vt dictum eſt: ſic debēt eſſe caſti libidinū interiorum ⁊ exteriorū cohibitione. vouent enim omnimodam ⁊ pfectam caſtitatē. Qualiter autē debet eſſe caſtitas patet. ſ. pte. ij. vbi de mulierꝫ pudicitia: ⁊ parte. iiij. vbi de clicoꝝ caſtitate. Si enim mulieres debēt eſſe pudice: ⁊ ſi viri ecclīaſtici debent eē perfecte caſti: multo magis religioſi qui ſe conſecrauerunt perpetuo: deo ſuo. Ipſi enī ſunt eunuci recluſi in templo dei ad eū laudandū. Iſai. lvi. hec dicit dñs eunuchis. Dabo vobis in domo mea: ⁊ in muris meis nomē me

B lius a filijs ⁊ filiabus. Ad litterā enī incluſi ſunt in muris monaſteriorum: q ſe caſtrauerūt ꝓpter regnum celorū Math. xix. Eſt autem caſtitas cohibitio vel conſeruatio amorum ⁊ appetituum ab inordinata amatione ⁊ appetitione: ait Comētator ſup illud angelice hierarchie. c. iij. Caſtis intellectus oculis. vel caſtitas eſt ſummus amor omnino depuratus incorruptionis ⁊ integritatis

C ait Idem. c. vij. Ille enim caſtus eſt qui deum attendit: ⁊ ad ipſū ſolum ſe tenet: ait Aug. de beata vita. Itē caſtitas eſt animi amor ordinatus non ſubdens maiora minoribus: ait Aug. libro de mēdatio. his omnibus modis debꝫ religioſus caſtus eſſe. Cui cōpetit illud. i. thi. v. Teipſum caſtum cuſtodi: vt ſcilicet ſit omniū libidinū exteriorum ad quinqꝫ ſenſus pertinentium cohibitio: ⁊ caſtigatio: necnon ⁊ omnium libidinum interiorum ſiue in cogitatione vel meditatione: ſiue in affectione vel appetitiōe. Tales ſignificantur per quinqꝫ virgines prudentes. Math. xxv. ⁊ cuilibet eorum ꝯpetit illud Job. xxxi. Pepigi fedus cum oculis meis: vt non cogitarem quidē de virgine. vbi Grego. moral. xxi. ait. vt munda ſit manus in operatione a laſciuia voluptatis: deprimēdi ſunt oculi quaſi quidā raptores ad culpam. Et ibi bene de cohibitione ſenſuum interiorum ⁊ exteriorum.

## ¶ Capitulū. ij. Que ſunt neceſſaria ad cuſtodiam caſtitatis.

T autē poſſit ſeruari caſtitas illeſa ⁊ pfecta debet eſſe alimentorum ſuperfluorum ⁊ nociuorum ſubtractio: ⁊ carnis maceratio: q̄ ſine comitibus ſuis ſcilicet temperātia ⁊ ieiunio caſtitas cito laceſſit ait Criſo. ſuper ꝑs. quinquageſimum. Et de hoc bene Hierony. epſa. xcvi. di. Apo. macerat corpus ſuū: ⁊ aīe ſubicit iperio. i. cor. ix. Caſtigo corpꝰ meū ⁊c. ⁊ adoleſcētia feruēte cibis corpore de caſtitate ſecura eſt? Et ſequit. Alia peccata extriſeca ſunt. ſ. auaritia ⁊ alia: ſola libido inſita eſt: grandis. n. ꝟtus ē ꝗ nata ſis in carne non carnaliter viuere: tecum pugnare quotidie: ⁊ incluſū hoſtē Argi: vt fabule ferunt centū oculis obſeruari. Et ſuperaddit illō quod ait Comicus. Sine cerere ⁊ baco friget Ven⁹. Et pꝰ Quicquid ſeminarium voluptatis eſt. venenū puta. parcus cibus ⁊ vēter ſemper eſuriens triduanis ieiunijs prefertur. Nihil ſic inflāmat corpus: ⁊ titillat membra genitalia ſicut indigeſtus cibus: ructuſqꝫ conuulſus. Ideo Apoſto. ephſ. iiij. Nolite (inquit) inebriari vino in quo eſt luxuria. Debēt. n. eſſe religioſi ſic mortificati: vt q̄ſi non ſentiant ſaltem cum delectatione predictos fedos motus. Sicut fuit de Xenocrate philoſopho prout ait Vale. li. iiij. c. iij. di. ꝙ non ſenſit mulierē que iuxta eum accubuit: ⁊ ſpopōderat: eū allicere. Et alijs deridentibus: ꝙ non poterat flectere animū illiꝰ: rndit: pactū victorie non de ſtatua ſed de homie fuiſſe. Poſuerat enim pignus ꝯ alios: ꝙ eum flecteret. Quē q̄ī ſenſibilis fuit ad talia quaſi non ſentiens vl' apparens vocauit ſtatuā. Religioſis enī competit illud. Ro. viij. Non enim eſtis in carne ſed in ſpū. ¶ Itē vt ſint pfecte caſti debet eſſe omnis occaſionis excluſio. Sicut eſt mulierum familiaritas: frequens collocutio: incautus aſpectus: prolixus cōſenſus ⁊ hmōi. Idō cauere debent a cohabitatione cum mulierib⁹ vt dictum eſt de eccleſiaſticis parte. iiij. vnde legitur in vitis patrum li. ij. parte. iiij. ꝙ mulier ſancta dixit ad monachū q declinauerat a via quādo moniales. Si eſſes (inquit) perfectus monachus: nō ita reſpexiſſes nos: vt cognoſceres: nos eē mulieres. Et parte. ij. dicit de abbate Arſenio: ꝙ rñdit mulieri petēti vt haberet memoriam eius in oratione. Rogo (inquit) deū: vt auferat memoriā tuā de corde meo. Et parte. iiij. de ſancta muliere in monaſterio egrotante. que non ſuſtinuit: vt eā frater ſuus videret. ne propter eam

K veniret in memoriam feminarū. Sed mandauit ei. Vade frater: ora pro me: q̄ cum dei gratia videbo te in regno dei. ⁊ pte. xiiij. de quodam qui noluit alloq matrē nisi oculis clauſis. Summe

L enī ſancti patres deuitarūt conſortia ⁊ colloquia mulierum. cū tamen eſſent abſtinētia multimodi exhauſti: penitentijs ⁊ ieiunijs ac laboribus macerati: orationibus ⁊ contemplationibus ſupra ſe eleuati. Unde Augu. li. de cura ꝓ mortuis agenda narrat de Ioanne nobili monchoꝝ habuit ſpūm ꝓphie: ꝙ cū eum impatiēter videre cuperet: quedam religioſa mulier: ⁊ per virū ſuū inſtaret: ⁊ ille nollet quoniam illud

M nūqꝫ feminis permiſerat: ait tandem marito ei⁹. Dic vxori vide

bis me nocte prima ſed i ſomnis. Sicqꝫ factũ eſt. Monuitqꝫ eam qcqd fidelem coniugatam moneri oportet. Que euigilãs deſcripſit cũ viro ſuo. Ideo dicebat abbas diſcipulo: Eam⁹ illuc vbi nõ ẽ mulier: put dr̃ in pma pte N in vitis patrum. Monuerat eniꝫ q demones iugiter laborant ad tẽptandum religioſos: vt aſſequãtur de eis victoriaꝫ. ſicut legit in vitis patrum vbi. ſ. pte. v. de filio ſacerdotis ydolorũ: q vidit ſathan ⁊ miliciã ei⁹ ſibi aſſiſtenteꝫ. Qui cũ a quolibet ingrerẽt quid feciſſet: ⁊ vn⁹ diceret: ſuſcitaui bella per dies triginta: ⁊ ſponſum in nuptijs occidi feci: iubet: eũ dyabolus v̈berari. Et ali⁹ diceret: ſubmerſi nãues in mari per viginti dies: fecit eũ etiaꝫ flagellari. Surrexit alius: qui dixit ſe fuiſſe in heremo quadraginta annis ⁊ monachũ impugnaſſe: quem vix nocte illa fecerat fornicari. Qđ audiens pnceps ille: ſurgẽs oſculatus O eſt eũ: ⁊ coronam ſuaꝫ capiti illi⁹ iponens iuxta ſe ſedere fecit. dicens: magnã rem feciſti. Hec iuuenis ille videns: ait intra ſe. Magnus eſt ordo monachorũ. Et egreſſus fact⁹ eſt monachus.

¶ Caueant ergo religioſi a ꝯſortijs mulieꝝ: vt ſint vere caſti. Ad qđ neceſſe eſt: vt ſit ois carnalis amoris abdicatio. Ut. n. ait Hiero. dicta epiſtola: carnalis amor P ſpũs amore ſugatur: deſiderium deſiderio reſtrigit. Eleuatio ergo ad deũ ⁊ ad celeſtia neceſſaria ẽ: qꝛ ex deguſtatiõe diuie dulcedinis ↄfrigeſcit amor carnalis. Guſtato eni ſpũ: deſipit ois caro. Et eꝯ. Cũ eniꝫ delectatio carnis abſciditur: mox alia delectatio inuenitur: ait Gre. moral. xxx. Caſtitas eſt pulchritudo anime: ſicut filie regis ab int⁹: ait Aug. ꝯ fauſtuꝫ. Iđ Sap. iiij. O q̃ pulchra ẽ caſta generatio. ⁊c. Qualis autem debet eſſe caſtitas: dictuꝫ eſt ſ. pte. iiij. vbi de caſtitate eccleſiaſticorum.

¶ Quarta diſtinctio. De obediẽtia ad quam ſe obligant religioſi.

¶ Capłm. i. Quid ſit obediẽtia.

Q Et nõ ſolũ religioſi vouẽt pdicta: ſed et̃ obediẽtiaꝫ: q̃ ẽ volũtas ꝓpe ſbiectio: ait Dama. li. iij. c. iiij. Et. i. Reg. xv. Melior eſt obedientia q̃ victima. vbi Gre. mor. vlt. Iđ melior: qꝛ p victimas aliena caro: p obediẽtiã v̈o volũtas ppria mactatur. Et ibi multa de obediẽtia. Cui⁹ eminentiam oñdit fili⁹ dei: q non venit facere volũtatẽ ſuaꝫ: ſed patris. Io. vi. Itẽ oñdit eam in adimplẽdo ipſi⁹ ꝑfectionẽ ⁊ ꝑſeuerantiã: qñ fact⁹ eſt obediens vſqꝫ ad morteꝫ crucis: Phil. ij. R vñ Ber. ad Senoñ. Xp̃us dedit vitam: ne perderet obedientiam.

¶ Capitulum. ij. Qualis dꝫ eſſe obedientia: ⁊ de eius gradibus.



Qualis aũt dꝫ eẽ obediẽtia deſcribit Ber. ſufficienter i ſmone đ obediẽtia: q icipit. Egredere đ terra tua Gen. xij. Tolle filiũ tuũ. premiſit. n. obediẽtiã Abrae i exemplum.

¶ Prim⁹ ãt obediẽtie grad⁹ ẽ: liber obedire: donec mactata voluntate: volũtatẽ diligãt ꝓlatoruꝫ.

¶ Scđus ẽ ſimplr̃ obedire ſine qõnib⁹ ⁊ murmurationib⁹: ac excuſationib⁹. ꝓs. In auditu auris obediuit mihi.

¶ Terti⁹ ẽ hilariter obedire. Hilarẽ. n. datorẽ diligit de⁹. Serenitas. n. in vultu: ⁊ dulcedo i ſermõe multũ roborãt obediẽtiã. iuxta illud poete. Sup oia vultus acceſſere boni. Exemplum de dauid ſaltante añ archã ij. Reg. vj.

¶ Quartus gradus eſt velociter obedire. Uiam iungt ꝓs mandatorũ tuorũ cucurri. fidelis eni obediens: moraꝫ neſcit: fugit craſtinũ: ignorat tarditateꝫ: precipienteꝫ preuenit: oculos parat viſui: aures auditui: linguam voci: pedes itineri: ⁊ totũ ſe colligit: vt imperantis impleat voluntatẽ. Exemplũ de zacheo: cui ait dñs Luc. xix. zachee feſtia deſcẽde ⁊c.

¶ Quintus gradus eſt viriliter adimplere. ꝓs. Uiriliẽ agite: ⁊ confortetur cor veſtrũ. Et ſi tribulatio intonat: ſi perſecutio inſultat: ſi peccatores laqueum poſuunt: ſi maligni ſpũs iter impediunt: dicat. ſ. obediens: paratus ſũ ⁊ nõ ſũ turbatus.

¶ Sextus gradus eſt: humiliter obedire. Cum eſſes inqt paruulus in oculis tuis: caput factus es. ⁊c. i. Reg. xv.

¶ Septimus eſt: perſeueranter obedire. Qui eni perſeuerauerit vſqꝫ in finẽ: hic ſalu⁹ erit. Mat. x. Et hoc in aduerſis: cũ. ſ. obediẽtia eſt grauis ad audiendũ. grauior ad implendũ. grauiſſima ad tenendum.

¶ Et idem Ber. i ſermone de aduentu. Obedientia ẽ T quincupartita. ¶ Prima eſt: cũ rectum eſt opus: qꝛ non eſt obediendum contra deuꝫ. ¶ Secũda: cum eſt opus voluntarium: qꝛ que ẽ ex neceſſitate nõ ẽ bona. ¶ Tertia eſt: cum opus eſt purum: vt. ſ. ſit intẽtio pura. Si eni oculus ſimplex fit: totum corpus lucidũ erit. Mat. vi. ¶ Quarta cum eſt opus diſcretuꝫ: ne quid nimis. ¶ Quinta: cum eſt opus firmum. i. perſeuerans. Ut auteꝫ perſeuerantiã habeat murus obedientie: debet habere propugnacula patientie. ¶ Itẽ Ber. in meditationibus. Bonus obediens dat ſuum velle ⁊ nolle: dicens cũ pſal. Paratum cor meũ de⁹. ⁊c.

¶ Capłm tertiũ. Qualia eſſe debent opera obedientie.

Ex dictis pꝫ obediẽ excellẽtia qꝛ in ea mactaĩ voluntas propria propter deuꝫ ait Greg. vbi. ſ. Melior eni eſt qui dñatur aĩo ſuo expugnatore vrbiũ. puer. xvj. Super qđ Grego. paſtoralis. ij. c. xi. Quis. ſ. i pa

mo alius a ſe ſuperat: in alio: que
ſūt extra ſubiugant. Et ex hoc pa
X tet obedientie difficultas. Nihil
enim eſt anguſtius homini ꝙ ꝓ
prias frāgere volūtates: ait Gre.
mor. xxxij. ꝛ. i. pe. ij. Caſtigantes
aīas noſtras in obedīa charitat.
¶ Item ex hoc patet hoīs ꝑ obe
dientiā triumphalis victorioſitas
qa per obedientiā vincit homo
ſeipſum: ꝛ voluntatē ſuā liberam
captiuat. ꝛ alterius ſubicit volūta
ti. Uir eniꝫ obediens loquetur vi
ctorias. puer. xxi. Merito ergo
obedientia eſt laudāda. Ipſa eni
eſt virtus: mater ꝛ quodāmodo
y cuſtos virtutū: ait Aug. xviij. de
ci. c. xxij Et de hoc in vitis pſuꝫ
li. ii. pte. xviij. vbi dr: ꝙ obedien
tia eſt ſalus omnium fideliū: ge/
nitrix omniuꝫ virtutū: celos ape
riens: homines a terra eleuās co
habitatrix angelorūꝫ: cibus om/
nium ſanctorum.
¶ Capl'm quartū. De exemplis
obedientie in antiquis.

Talis autē fuit obedien/
tia antiquorum: ibidem
narrant exempla ſicut de
quodam qui rigauit lignum ari/
Z dum per tres annos ad imperiū
abbatis: quod pertulit fructū: qui
dictus eſt fruct' obediētie. ¶ Et
de alio q dimiſit vnā partem lr̃e
.ſ. o non ſcriptā: cum vocaret ab
abbate. Et de illo qui fluuium ꝑ
fecit in fluuium. ꝛ de alijs multis
Et ibi multum de obedientia. Et
parte. xv. de illo qui dimiſit culle
lum in piſce inſciſſo vocatus ab
abbate. ¶ Similr̃ narrat Seue
rus in ſuo dial. de mira obedien/
tia antiquorū. Sicut de obedien
tia illius cui precepit abbas riga
re virgam aridam: q per duo mi
liaria proprijs humeris aquam
portauit: donec anno tertio flor
uit. Et de alio q promiſit omnem
obedientiam abbati: promittens
igneꝫ etiā ſe nō recuſare ſi abbas
preciperet. Cui cum abbas iube/
ret intrare clibanum non diſtulit.
ꝛ flāma ſibi ceſſit ſicut pueris he
breis. precipua eniꝫ fuit apd' eos
virt' obedientie. vt dr ibi. ¶ Si
militer Johannes caſſianus lib.
i. collationū exemplificat de obe/
diētia antiquorū. Sicut de illo q
rigauit lignū aridū portās aquaꝫ
per duo miliaria. A quo cū ſenex
quereret: ſi miſerit radices: ridit
ſe neſcire. Et euulſit ſenex ligūꝫ
quod ille rigauerat per annuꝫ ꝛ
proiecit. ¶ Similiter de alio qui
ad imperium abbatis ꝓiecit lar
ticulā olei per feneſtrā q ſola ibe/
remo erat: non conſiderans pre/
cepti ineptitudinem. ¶ Similr
de alio qui ad imperium ſenis ſa
xum euoluere omni nixu conten
debat. qd turbe multe hoīuꝫ mo
uere nō potuiſſent. ¶ Similiter
de fratre nobili: cui dixit ſenex: vt
decem ſportas deferret humeris
per plateas ad vendenduꝫ. Et ꝙ
diutius in hoc officio teneret: nō



ſimul vni. ſed ſingillatim vende/
ret. Quod ille deuote impleuit.
¶ Similiter de diſcipulo bti Be
nedicti qui cucurrit ſuper aquaꝫ
nec ſciuit eſſe aquā. Quod beat'
Benedictus non ſuis meritis: ſꝫ
obedientie diſcipuli: mauri. ſ. de/
putauit: ꝑut legit. ij. dial. c. vij. Ex
dictis patet: ꝙ talis erat obedien/
tia antiquorum: qualem deſcribit
Ber. ſ. voluntaria: prōpta: ꝛ ſic de
alijs. Unde ꝛ ſeniores loquebant
ſepe piſtoria fratribus: vt proba/
rent an eſſent in oībus obediētes.
Sicut fecit quidam dicens fratri
vt comederet feria ſexta mane: ꝑ
ut legit in vitis patrū parte. iiij. ꝛ
ſuper oīa cauebant antiqui a pro/
pria volūtate: ꝑut dr in vitis pa/
trū vbi. s. Dixit ſenex: ꝙ non cu/
rant multū demones qn̄ noſtras
facimus volūtates: qr ꝓpter vo/
luntates proprias: ipſi demones
facti ſunt. Nam propria volūtas
eſt murus eneus inter deuꝫ ꝛ ho/
minē: quā ſi homo reliquerit po/
terit dicere: in deo meo tranſgre
diar murum: vt dicit ibi. Id ali'
frater ait: Hec triſtitia eſt: ſi pro
priam fecero voluntatē: ꝑut dici
tur in vitis patrum parte. xiij. Et
non ſolum religioſi antiqui erāt
obediētes ſuis ſuperioribus: ſed
etiam milites gentiles principi/
bus ſuis: vt patet. s. parte prima
vbi de diſciplina militari. Et Ua/
le. li. ij. narrat qliter milites erant
obedientes principibus: ꝛ in di/
ſciplina ſuſcipienda pro arbitrio
eorum: ꝛ inſtando in acie ꝓ eoꝝ
diſpoſitione. Unde ait de quodā
q edixit ꝙ ſi qs fugiēs caſtra pe/
C tiſſet: pro hoſte interficeret. Qua
ſeueritate compreſſi milites: ho/
ſtes vicerunt. Et ibi de ꝯſilibus.
¶ Capl'm quintuꝫ. De imperfe/
cte obedientibus.

Contrario eſt de multis
etiam religioſis: qui ma/
lūt hēre ſuꝑiores q eoꝝ
faciant voluntates ꝙ ecōtrario.
Sicut legit in vitis patrum par/
te. iiij. de abbate reſpondente cui/
dam q ad eū venit dicēs: vellem
habere abbatem iuxta volūtateꝫ
meā ꝛ mori cum eo. Cui abbas.
Tu queris abbatem non vt tu ſe/
D quaris eius voluntatē: ſꝫ vt ipſe ſe/
quatur tuam. Quod ille audiens
ait: Ignoſce mihi pater quia glo
riabar eſtimans: me bene dicere
cum nihil tenerem. Hi autem ſūt
ſimiles illi ceco cui dominus ait.
Quid vis vt faciaꝫ tibi. Math.
viij. Super qd Ber. in ſermone
dicit: ꝙ tales ſunt multi a quibus
magis oportet: vt ſuperior qrat.
qd volunt qd fiat eis ꝙ ecōuer/
ſo. Nec aliqui decipiantur in hac
parte eſtimantes: leuia eſſe q di/
cuntur a ſuperioribus: nec eis ne/
ceſſario obediendum. Audiant
Bernardum li. de preceptis ꝛ diſ/
penſatiōe. In regula. ſ. beati Be/
nedicti dr: Obedientia que ma/
ioribus debet deo exhibet. Quā

E obꝛem: qcq̄d vice dei ꝑcipit ho/
mo: quod non ſit certū deo diſ/
plicére: ſecus non eſt accipiendū
q̄ ſi deus preciperet. Quid enī
intereſt vtrum deus per ſe: aut p
miniſtros ſuos ſiue homines ſi/
ue angelos: ſuum nobis beneplà/
citum innoteſcat. Nec dicat̃: q̄ lo
quit̃: de his que tradit ſcriptura
vel ratio manifeſtā: q2 de his nõ
eſt preceptoꝛ expectandus: vel ꝓ/
hibitoꝛ auſcultãdus. ſed q̄ð ita la/
tere vel obſcurum eſſe cognoſcit̃
quod indubiū venire poſſit vt ꝛc.
deus ſit: an aliter ferre velit. hec
ibi. In talibus ergo obediẽdū eſt
que precipiunt̃ a ſuperióre. pꝛo/
pter quod cauenda eſt inobediẽ/
tia ĩ talibus. Sunt enī tres gra/
F dus ait Anſel. ꝺ ſimilitudinibus
c.xxiiij. dicit. Obediẽtia ⁊ inobe/
diẽtia que ſunt contraria: ⁊ licen/
tia que eſt quaſi media: que qui/
dem multos decipit. ait ibidẽ. po
nens exemplum de ancillis que
ſunt ſub domina ſua: ⁊ de latrõe
inter eas que procurat exire fin/
gendo cauſas mĺtiplices: niſi po/
terit obtinere licentiā legitimã
intermittit opus: pretendit q̄ ſit
infirma: contriſtatur: occulte de/
trahit: ⁊ ſic de alijs.
¶ Capĺm ſextum. De periculis
inobedientie.

G a B inobedientia cauẽdū
eſt religioſo ſicut a dam
natione: q2 contra crea/
toꝛem ſuperbire eſt eius manda
ta tranſcendere. Ait Greg. moꝛ.
xxiij. Et qui ſubeſſe faſtidit imita
tur diabolum ait idem. moꝛ. xx.
Adã enim q2 voluit vti conſilio
ſuo: lapſus eſt per eū qui ante ce/
ciderat per ſuperbiam: q ſibi ca/
licē ſuperbie ꝓpinavit. ait Aug.
ſup Jo. Omel. xxv. Quomodo
autem propria volũtas eſt quaſi
quedam adultera diabolo coniũ/
cta: ex qua naſcunt̃ vitia. ⁊ q̃ſi ē
ſimilis herbe venenoſe: que co/
medẽtes efficit lepꝛoſos: ait An/
ſe. de ſimilitudinibus poſt princi
pium. Que q̄dem inobedientia
grauiter puniebat̃ etiam a princi
pibus antiquis etiã in militibus
ait Aug. de ci. c. xviij. De quodā
loquens q̄ filium occidit: q2 pu/
gnauerat contra eius imperium
licet viciſſet. Et conſimile .i. de d.
c. xxij. Idem ehgypp⁹ .li. iij. Pre/
dicatoꝛ igit̃ alloquens religioſos:
hoꝛtetur ad dictãs virtutes: ⁊ hoꝛ
tando contraria.

¶ Quinta diſtinctio. De ſeptem
neceſſarijs religioſis vt perfecte
viuant.

¶ Capĺm primū. De elõgatiõe
a mundanis tumultibus.

e T licet ſint multe alie
virtutes: religioſis ne
ceſſarie vt ſint perfecti
tñ ad preſens cã bre/
uitatis dicendū eſt de
ſeptem ſpãliter eis neceſſarijs: ꝯ
Rimū eſt a negotiationi
bus ſecularibus ⁊ tumul
tibus mundanis elonga



tio: ⁊ quieta in clauſtro habitatio
niſi quatenus cogit iuſta neceſſi/
tas: vel vrget pia charitas: prout
hoꝛtat̃ Hiero. epĺa. lxxij. Quid
inquit deſideramus vrbium fre/
quentiã. q de ſingularitate cenſe/
mur? Nobis enim opidū carcer
eſt ſolitudo paradiſus. Idē epĺa
xxiij. o herem⁹. familiarius deo
gaudens. Quid agis frater in ſe/
culo q maioꝛ es mundo? ꝛc. Idẽ
epĺa. xxxv. Conuiuia tibi vitãda
ſunt ſecularium: maxime qui ho
noꝛibus tumẽt. Idē epĺa. lxxxiij.
Monachū ſe eſſe: non loquen/
do ⁊ diſcurrendo: ſed tacẽdo ⁊ ſe
dendo q̄s nouerit. Seq̄t. Legat
dicentẽ. Sedebit ſolitarius ⁊ tace
bit. tre. iij. Et de hoc multa Hie
ro. ĩ dictis epiſtolis. Et ĩ tractatu
ꝺ. xij. abuſiuis dr̃: q̄ q̄nta abuſio
eſt monachus curialis. i. frequẽ/
tãs curias. Et ſexta abuſio ē mo/
nach⁹ cauſidicus. Et ibi bene de
hoc: ⁊ de periculis religioſoꝝ p
mundum vagantium.
¶ Capĺm ſecundū. De ſui omni
moda abnegatione.

S Ecundū eis neceſſariū
eſt omnimoda ſuiipſoꝝ
abnegatio ⁊ plenaria in
viros alios transfoꝛmatio: adim
plendo illud ſaluatoꝛis. Math.
xv. Qui vult poſt me venire ab
neget ſemetipſū. ꝛc. Ubi Grego.
ſuper euan. Omel. xxij. li. ij. Tũc
noſmetipſos abnegam⁹ cū mu/
tamus q̄ð per vetuſtatem fuim⁹
⁊ ad hoc nitimur quo per nouita
tem vocamur. Sequit̃. Niſi a ſe
metipſo quis deficiat: ad eū qui
ſupꝛa ſe eſt nõ appꝛopiquat. Ubi
ponit exemplū de plantis olerū
que tranſplantãt̃ vt pꝛoficiãt: era
dicant̃q3 vt creſcant. Et de ſemi/
nibus que in terra figunt̃: vt vbe
rius ſurgant. Idem ſuper Eze. li.
i. Omel. x. Semetipſū abnegat N
qui mutat⁹ in melioꝛa: incipit eē
quod non erat: ⁊ deſinit eē quod
erat. Ro. v. Si qua in xp̄o noua
creatura. ꝛc. Nec ſolum debet eē
religioſus mutatus q̄ntū ad rea/
tũ culpe eo mõ quo loquit̃ Gre/
go. dicta Omel. di. q̄ ſi luxurio/
ſus conuerſus eſt ad continentiã
ſe mutauit: q2 hec mutatio neceſ
ſaria ē omni penitẽti. Uerte inq̄t
impios ⁊ non erunt. pꝛouer. xvij. O
ſed debet eſſe mutatus q̄ntū ad
concupiſcẽtie appetitū ⁊ motum
ꝓut eſt poſſibile in hac coꝛrupti/
bili vita: vt poſſit dicere cū apĺo
viuo autem iam nõ ego. Gal. ij.
Sic enim debet eſſe mutatus: vt
ſuperbia: ira: impatientia: ⁊ vitia
alia: ⁊ omnium vitioꝛum concu
piſcentie ſint in eo quaſi extin/
cte: vt ad motus huiuſmodi vitio
rum ſit oīo imobilis: nõ ſolū exē
plis sanctoꝛū: q ſe ſic abnegaue/
runt: ⁊ in viros alios oīno muta
uerunt: ſed etiam exemplo ph̄oꝝ
vt p3. ꝫ. de ph̄o: quẽ ſcoꝛtū: ſtatuã
vocauit. Et de Diogene: de q̄ le/
gitur in collationibus patrum: q̄

cum quidam intuẽs eum diceret
oculi corruptoris: ꝛ in eũ discipu
li eius irruere vellent: ait. Quie/
P scite o sodales. Et enim ſuꝫ talis
ſed cõtineo me. ꝛ de Demoſte. in
Poli. li. xviij. c. vij. dr̃ ꝙ preliat⁹
eſt cum rerũ natura: ꝛ victor abi
it: malignitatẽ ei⁹ pertinaciſſimo
animi robore ſuperando. Ita ꝙ
alterũ demoſtenem nã: alterum
induſtria enixa eſt. Et niſi mutet
ſe religioſus: nõ erit ſibi plẽa pax
in ſeipſo: nec erit perfectus. Vñ
Señ epl̃a. xxix. Animũ mutare
debes: nõ ſolum: ait poeta aliter
ſequenť te quocunq; ieris vitia.
Ideo Socrates cuidã querenti:
quare ſibi non ꝓdeſſent peregri/
Q natiões reſpõdit. Quid miraris
non prodeſſe tibi peregrinatiões
cum te totũ circũferas: te enim ꝑ
mit eadem cã que expulit. Quid
eni terrarũ nouitas prodeſſe po/
teſt? Ideo fuga te nõ iuuat: tecuꝫ
enim portas onus animi deponẽ
dum. Non autem tibi vllus pla/
cebit locus. Vadis huc ꝛ illuc vt
pondus excutias qd̃ iactatiõe fit
incomodius. Et ponit exemplũ
bonũ. In naui onera imota mi/
nus vrgent: inequaliter conuolu
ta partem in qua decũbunt imer
R gunt. Sequiť Egros cunctis ꝛc.
Studium ergo religioſi dꝫ eẽ ad
ſe mutandũ modo dicto: ꝛ ad vi
tia extirpãda. Quod multi nõ fa
ciũt ait Gre. dicta omel. Vidim⁹
inquit quoſdã hitũ mutaſſe: ita
vt religioſam veſtem ſumerẽt: ſꝫ
ante acta vitia non calcarẽt: Ire
ſtimulis feraliter agitari: militie do
lore in proximi leſione ferueſcere
de oſtenſis bonis ſuperbire: mũ
di lucra inhianter querere: de ſo/
lo exteriori habitu fiduciam ſan/
ctitatis habere.

¶ Capl̃m tertiũ. De cultura cor
dis: ꝛ interiori exercitatione.

Tez debet eſſe in religio
ſis ſpũalis cultura cordiſ
quaſi agri vel horti exer
citando: qa ꝛ hoſtis ſuperſemiat
ziçania ſuggeſtionũ: ꝛ ab int⁹ pul
lulant ſeminaria vitiorum ꝛ qua
ſi ſcaturiçant ebullientes libidies
cõcupiſcentiarũ. Idõ niſi cor ex/
colatur quaſi hortus ſpũalis ſur/
gunt peccata: ꝛ opprimunt bona
que ſunt. ꝓuer. xxviij. Per agrũ
hois pigri tranſiui. ꝛc. Ecce totuꝫ
repleuerant vrtice. i. ardores libi/
dinum. ꝛ ſpine. i. punctiones cu/
pidinũ ꝛ maceria diſſipata. ſ. cu/
ſtodia diſciplinarũ. Ad modum
ergo induſtrij agricole debet re/
ligioſus animam ſuam excolle/
re: vitia extirpando: ꝛ virtutes in
ſerendo. Ideo dr̃ ibi. Diligenter
exerce agrum tuum. Et hoc non
ſolum exemplo ſanctorum pſuꝫ
ſꝫ etiã phorum. vnde Apuleus li
bro de deo Socratiſ. Nihil eque
miror. ꝙ cuꝫ omnes cupiãt opti
me viuere: ꝛ ſciant non alia re vi
ui⁹ ꝙ animo: nec fieri poſſe: gn
vt optime viuas: animus colen/



dus ſit: tamẽ hoies animum ſuũ
non colũt. Et ponit exempla. Si
quis velit acute cernere. oculi cu
randi ſunt quibus cerniť. Si qs
ptinaciter currere vult: pedes cu
rãdi ſunt. Si pugnare velis: bra
chia vegetanda ſunt: ꝛ ſic de alijs
membris. Cur ergo hoies aiam
ſuam. i. rationem. non excolant:
X que ratio viuẽdi omnibus neceſ
ſaria eſt? Vbi proſequitur: ꝙ non
ſit animus bonus nec per bona
exteriora: nec per bona corporis
ſed bonis artibus doctus ꝛ opti/
me erudit⁹: ꝛ ꝙtũlibet homo ſa/
piens ꝛ bene conſultus. hec ingt
omnia: meus ſocrates habuit: ꝛ
idõ cetera habere contempſit. Lo
quiť aũt vt phus. Si eni cura eſt
homini de agro excolendo: ſiue
de equo mundãdo: multo magiſ
debet eſſe de animo Vnde Au/
lus gelius. li. ij. Si qs agruꝫ ſuũ
paſſus fuerit ſordeſcere: eũq; in/
diligenter curauerit. nec arauerit
nec purgauerit. ſiue qui arborem
aut vineã habuerit derelictui: idẽ
non ſine pena ferret. Item ſi qs
equũ habet macilentum aut in/
nitidũ: impolitie notatur. i. incur
etatis: quia ſcilicet vigoꝛe valida
⁊ maturitate plena. Stature am
bigue diſcretionis. ⁊c. qꝛ aliquā/
do agit de regimine: ⁊ preceptis
moꝝum: vt in ethica: aliquando
de archanis celeſtium: vt theolo
gia ſiue methaphiſica. Nūc vo
pulſare celuz ⁊c. qꝛ vſqꝫ ad cogni
tionem creatoꝛis tendit. Homi/
num intuitu3 fruſtrabatur: qꝛ ad
eam attingendam perfecte: defic̄
humanus intellectus. veſtes te/
nuiſſimis filis ideſt rectis ſenten
tijs. Subtili artificio .i. mō com/
poſito ⁊ oꝛdinato in pꝛocedendo
Indiſſolubili modo. cui nō pōt
ꝯdici. vel per veſtes: artes triuia
les ⁊ q̄driuiales ſignant. Quas
ſuis manibus texuerat .i. ſuo arti
ficio cōpoſuerat. velut fumoſas
ymagines: rōne obſcuritatis. Ca
ligo quedam neglecte vetuſtatis
obduxerat: negligētia .l. ⁊ ignoꝛā/
tia veterum. In extremo margi
ne. . In ſupꝛemo vo. theo
rica ⁊ pratica ⁊ inter literas gra
dus .ſ. aſcendendi ḋ ſcia in ſciam
Eandem veſtem: violentoꝝ ſcin
dunt manus: qꝛ vnam ſciaz ſine
alia perfectam quidaz putant. De
xtra quidem libellos. ſceptrum ſi
niſtra geſtabat. qꝛ ſapientibus de
bet regimen: ⁊ ſtudium pꝛincipa
lius: ⁊ ideo in dextra libellos. De
bet enim ꝑſidens inſtruere ſub
ditos per ſapientiā ⁊ rebelles ca/
ſtigare per diſciplinam: ideo ſceptꝝ
in ſiniſtra. Hec vt vidit poeticas
muſas noſtro thoꝛo aſſiſtentes:
⁊ ſenicas meretriculas .i. ſciētias
lucratiuas: cōmota eſt .ſ. indigna
tione. Sedit in extrema parte le
cti .i. in intellectu rōnali. Pri/
ma eni pars poteſt dici cognitio
ſenſualis: que diſponit ⁊ pꝛeparat
Secunda cognitio ymaginatiua
Tertia cognitio intellectualis: in



q̄ ſedet philoſophia vera. Meri
to ergo philoſophia deſcripta eſt
ſub typo mulieris mō dicto. Cō
ſimiliter ſub typo mulieris deſcri
bit eā Macrobius libꝛo pꝛimo
Saturnalium in pꝛincipio di. ꝙ
ipſa eſt tanqꝫ cenſoꝛia quedam
⁊ verecūda materfamilias: vt di/
cetur infra. ¶ Cum ergo philo/
ſophia ſit nobilitate ingenua: qa
filia dei. Omnis enim ſapiētia a
domino deo eſt: ⁊ cum ſit ſeueri/
tate incoꝛrupta. nihil eniz coinq
natum incurrit in illam: ſap. vij.
⁊ ſit venuſtate ſpecioſa: qꝛ ſpecio
ſioꝛ ſole. ſap. vij. Et ſit veris diui
tijs opulenta: Infinitus eni the
ſaurus eſt. ⁊c. ſap. eodē. c. ⁊ ſit re/
gni eterni hꝛ̄ditaria: et recte vten
tis ea: ad regnum ductiua: ac di/
uine amicitie impetratiua Sap.
viij. Amicos dei ⁊ ꝓphetas cō/
ſtituit: merito vir ſcolaſticus de/
bet eam ſibi diſpenſare: ⁊ amare
cuz ea habitare: ⁊ multiplices fi/
lios ideſt bona opera generare:
vt vere dicere poſſit illō ſap. viij.
Hanc amaui: ⁊ exquiſiui a iuuē/
tute mea: ⁊ queſiui: eam ſponſaz
aſſumere ⁊ amatoꝛ factus ſū foꝛ
me illius. ¶ Sed eꝫ: multi ma/
lunt: ſibi deſponſare ſcenicas me
retriculas .i. lucratiuas ſcientias:
De quibus Boe. vbi .ſ. dicit: ꝙ
ſignantur per mulierem garulā
vagam: quietis impatientem: cū
oꝛnatu meretricio iuuenem ir/
retientem ⁊ illaqueantez pꝛouer/
biorum .vij.

¶ Capitulum quartuz. De phīe dignitate: pꝛecioſitate: ⁊ honoꝛe: apud ſantiquos.

D Einde videndū de phīe
dignitate ſiue ipꝛeciabili
ꝑcioſitate ⁊ honoꝛe. Ip/
ſa enim vera phīa que eſt amoꝛ
ſapientie: vel ſtudium virtutis: vt
dictum eſt: pꝛecioſioꝛ eſt cunctis
opibus: pꝛout dꝛ̄ de ſapīa ꝓuer.
iij. Ideo gentiles cum nihil ſine
nutu numinum crederent facien
dum vnū tamen quaſi deū deo/
rum: ⁊ pꝛincipem omniū excole Z
bant .ſ. ſapientiam. Et hoc ideo: qꝛ
ipſa oībus pꝛeeſt. Unde ⁊ phī ve
teres .ſapientie ymaginem pꝛefo/
ribus omniū temploꝝ pingi de
bere cenſuerunt: ait Poli. l. iiij.
c. v. Et de phīe pꝛecioſitate Sen.
bene epiſtola. xciiij. Quis dubi/
tat inquit: qn deoꝝum imoꝛtaliuz
munus ſit: ꝙ viuim⁹: phīe. ꝙ bn̄
viuimus. Itaqꝫ tanto plus huic
nos debere certum eſt quaſi dijs
q̄to maius eſt beneficium beata
vita q̄ꝫ vita. Et certe deberet: ni/
ſi ipſam phīaz dij tribuiſſent. Se
quit. Huius vnum opus eſt: de A
diuinis humaniſqꝫ vera inueni/
re. Ab hac nunqꝫ recedet religio
iuſtitia: pietas: ⁊ omnis alius cō
mitat⁹ ḋtutū ꝯſertarū inter ſe q̄/
rentium. Hec docuit colere diui
na humana diligere: penes deos
imperiū habere: ⁊ inter homies
conſoꝛtiū; qō aliquamdiu inuio/

latuȝ manſit anteq̄ȝ ſocietatem
auaritia diſtraxiſſet. Sequit̃. De
illa ph̃ia loquor.que nullum bo/
num putat niſi quod honeſtum
eſt : que nec hominis ne fortune
muneribus deleri poteſt. Cuius
hoc preciuȝ eſt non precio poſſe
capi.hec ille. Unde ⁊ eius nomē
B ſacrum ⁊ venerabile eſt. ait Se/
neca epſa.xv.Et ob hoc ph̃i.pro
ipſa acqrenda ⁊ adipiſcenda:om
nes mundi epulentias dimiſerūt
omnes ſeculares excellentias cō
tempſerunt:omnes carnales de/
litias abdicarūt:ſoli philoſophie
ſtudio vigilātiſſime ⁊ ſeduliſſime
vacauerunt. prout dicetur infra:
vbi de ſtudio ph̃orum. Et hāc ſo
lam exqſierunt.⁊ de hoc Tulius
v.tuſ.q.poſt principium ꝓponēs
ſimilitudinem: ꝙ ſicut in merca
to celebrato apud gretiam : ſic ⁊
in vita. Illuc enim veniebant ali
qui cauſa glorie:aliq cauſa pecu/
nie : aliq v̄o ⁊ rari illa pro nihilo
habentes veniebant vt intuerēt
C ſtudioſius naturam rerum. Sic
⁊ in vita. Sunt enim quidam q
ad vitam veniunt:⁊ in ea laborāt
ob nobilitatem corone:alij cauſa
lucri vendendo ⁊ emendo:alij vt
intueant̃ ſtudioſius rerum nām
q poſſūt appellari ſtudioſi ſapie:
ſiue ph̃i.Unde anaxagoras inter
rogatus cur natus eſſet : oſtenſo
celo ſyderibuſq̄ȝ monſtratis rñ/
diſſe fertur. Ad horum omniuȝ
contemplationeȝ : ſicut dicit Cal
cidius ſuper primū librum Thi/
mei Platonis. ¶ Ideo Alexā
der magnus: cum quaſi totū or/
bem ſue ditioni ſubieciſſet:male/
bat tamen excellere in ph̃ia q̄ȝ in
temporali poteſtate.prout ſcripſit
Ariſtoteli magiſtro ſuo:cum au/
audiuit libros a ſe editos in vul/
gus deueniſſe.ſicut ait.Au. geliꝰ
li.xx. Nam qua re inquit alia pre
ſtare poterimus:ſi ea que a te ac/
cepimꝰ:omniū prorſuſ cōia fiant
cum ego quoq̄ȝ doctrina anteire
malim q̄ȝ copijs aut opulentijs?
Ideo abhoiabile fuit apud ph̃os
nobiles:ꝙ vita ignobiles ⁊ dege
neres appellarent̃ ph̃i: vſurpan/
tes ſibi ſanctiſſimum nomen:ait
Au.gelius.li.iiij. prout patebit in
fra.Merito ergo ph̃ia eſt excel/
lens ⁊ precioſa:⁊ omni veneratio
ne digna. Sine ipſa enim ⁊ eius
ducatu:ac regimine : nulla tem/
poralia bona proſunt ꝓuer.xvij.
Quid prodeſt ſtulto habere diui
tias: cū ſapientiam emere nō poſ
ſit: Et de eius excellentia Tulius
ij.de offi.c.i.Quid eſt inquit pre/
ter deos optabiliꝰ ſapientia:qd ꝯ
ſtantius qd homini meliꝰ:qd di
gnius:Hanc qui expetūt:ph̃i no
minant̃.Nec qcq̄ȝ aliō eſt ph̃ia:
ſi interpretari velis q̄ȝ ſtudiū ſa/
pientie.Et ibi bene de hoc.Me
rito ergo acqrēda vera ph̃ia me
rito appetenda.

¶ Capl̃m.quintū.De multiplici
effectu ⁊ operatione ph̃ie.



Onſequenter proſeqnt̃
duȝ eſt de ph̃ie effectu ⁊
operatione. Cui qdem
effectus multiplex eſt. Ipſa enim
medet̃ anime languoribꝰ ⁊ mor
bis:remediat̃ eiꝰ angoribꝰ ⁊ tri/
ſtitijs:⁊ tuet̃ eam a periculis.Unῇ
⁊ ph̃ia alloquens Boetiū triſteȝ
vocat ſe medicamentū vel medi
cantem.i.de conſol.c.v. Ad co/
gnoſcentem ingt medicātis faciē
mentem recepi. Unde ⁊ ipſa ſa/
pientia ait ad eum. Si medican
tis operam expectas: vulnꝰ tuuȝ
oportet detegas: Et de eiꝰ medi/
camie Tul.i.tuſ.q. in fi.loquens
de ph̃ia.Leuatio egritudinū:for
midinum:cupiditatū:optimꝰ fru
ctus ph̃ie.Et li.i.c.iij. Philoſo/
phia medet̃ aīs: inanes ſollicitu/
dines detrahit : a cupiditatibꝰ li/
berat:pellit timores. Item eiꝰ ef/
fectus eſt:vitia extrahere:animū
colere:⁊ ipſum preparare ad vir
tutes:⁊ virtutū fructus.Unde ibi
Tul. Cultura animi philoſophia
ē.Hec extrahit vitia radicitꝰ ⁊ ꝑ
parat ad fructus ſuſcipiendos:at
q̄ȝ vt ita dicaȝ ſerit q̇ adulta vber
rimos fructus ferent. Et vt breui
ter dicam : ip̃a eſt quaſi refugiuȝ
cōtra omnia mala. Unde Señ.
epla.xvj. Poſtq̄ȝ enūerauit ma
la ac pericula timēda:ait.Ad phi
loſophiam ergo fugiendum eſt.
Hec littere.ſ. philoſophie non di
co apud bonos:ſed apud medio
criter malos:inſularum loco ſūt
Seqt̃.Hec qeta ⁊ ſui negotij cō H
tempni nō poteſt:cui ab omnibꝰ
artibus etiam apud peſſimos ho
nor eſt. Nunq̄ȝ in tantū conuale
ſcit neqtia: nunq̄ȝ ſic contra vir/
tutes coniurabit: vt non philoſo
phie nomen ſacrum ac venera/
bile maneat. Et ibi bene de hoc.
Unde aug.xxij.de ci.c.xxi. Phi
loſophia vel ſapientia eſt donum
dei in auxilium contra miſerias
huiꝰ vite.et Señ.epſa.xvj. Phi
loſophia eſt bene viuere : ſine q̄
eger ē animꝰ. Ideo philoſophia
illuſtrati nulla mala temporalia:
nulla pericula:nulla tormēta for
midabant:prout patebit.ĩ.in eo/
rum geſtis.Unde Apuleus li.de
deo Socratis in fine.loquens de
Ulixe ⁊ eius prudentia ait. Hac I
cōmittante horrēda omnia ſuſti/
nuit:aduerſa queq̄ȝ ſupauit. qp/
pe ea adiutrice: Ciclopis ſpecꝰ in
troiuit: ſed egreſſus eſt. Solis bo
ues vidit:ſȝ abſtinuit: ad inferos
demeauit:ſed aſcendit. Eadeȝ ſa
pientia cōmitante. Scillam ꝑter
nauigauit:nec areptꝰ eſt.Caribdi
conceptus nec retentus. Cyrſes
poculum bibit:nec mutatus eſt:
ad Lothofagoſ acceſſit nec rmā
ſit:Syrenas audiuit nec acceſſit.
Non enim aliud in eodem Uli/
xe Homerꝰ docet. niſi ꝙ ſemꝑ
comitem eſſe voluit prudentiam
quam poetico ritu mineruaȝ nū/
cupauit: vt dr̃ ibi.

¶ Capl̃m.ſextū.De philoſophie

vtilitate. ⁊ regimīe vite humane

[E]x predictis patet ſextum
e principale.ſ. vtilitas mul
timoda ſiue nccītas phīe
Et qꝛ in potioribus vita magis:
cum ſint quaſi inumerabiles eiꝰ
vtilitates: ſaltem videndum ē de
eius vtilitate in regimine vite hu
mane. Ipſa enim eſt ſtudiū ſapiē
tie: vt dictū eſt que qdem ſapien
tia eſt regimen vite humane. ait
K Augu.i.de libero arbi. Qđ qdē
regimen eſt in vitiorum cohibi
tione: in legū iuſtarum directiōe
in virtutū ordine: in morum cor
rectione: in vite rectitudine. Que
omnia opera vera philoſophia:
ait Tul.v.tuſc.q. Philoſophia
eſt vite dux: virtutis indagatrix:
inuentrix legum: magiſtra moꝝ
⁊ diſcipline. Eſt etiā vtiliſ i regimi
ne totius reipublice tam in regi/
mine familie q̄ȝ proprie vite. Ut
eniȝ dicit Alpharabiꝰ de diuiſiōe
philoſophie: pratice philoſophie
tres ſunt partes. Prima eſt ſciē/
L tia gubernandi.ſ. rempublicam:
que dr̄ politica. Secunda eſt ſciē
tia regendi propriaȝ familiā. Ter
tia gubernatio ſui. Et ad has gu/
bernationes: eſt philoſophia ne/
ceſſaria. Eſt eni neceſſaria ad gu
bernationem reipublice: que nō
gubernatur iuſte niſi iuſtis legi/
bus. Sed philoſophia eſt inuen
trix legum: vt dictum eſt: ⁊ ſic di
cit Sen̄.epiſtola.xciiij. Philo//
ſophi tulerunt leges. Poſtq̄ȝ in

qt ſubrepentibus vitijs in tyrān
dem regum conuerſa ſunt: opus
eſſe cepit legibus: quas ⁊ ipſi tu/
lere ſapientes. Sicut Solon qui
Athenas equo iure fundauit in/
ter ſepteȝ veteris cui ſapia notos
Et ſic đ alijs quos ibi enumerat
Ubi ēt ait: qꝫ in illo ſeculo qđ au/
reum perhibet penes ſapiētes re
gna fuiſſe poſſidoniꝰ indicat. Iō
Boe.i.de cō ſo.c.iiij. dicit: beatas
eſſe reſpublicas.ſi eas vel ſtudio
ſi ſapie regerent. vel earuȝ recto/
res ſtudere ſapie contigiſſet. Si/
cut ex ore platonis hanc ſentētiā
phīa ſanciuit: vt ait ibi. Idē dicit
Socrates: prout ait Policratꝰ
li.iiij.c.vij. Unde ſapiētia diuina
ait. Per me reges regnant: ⁊ le/
gum conditores iuſta decernunt
Iō ille nobilis philoſophus Te
miſtocles: cuȝ neſciret canere in
fidibus in conuiuio: ⁊ ob hoc ha
beret indoctior: atq; ab eo quere
ret qd ſciret: reſpondit: ſe ſcire ex
republica parua facere magnaȝ
ꝓut recitat Aug.epiſtola.xxxviij.
.ſ. iuſtas leges ferendo: ſalubriter
conſulendo: iuſtas diſciplinas ap
probando: ⁊ ſic de alijs. Ideo an
tiqui principes habebant ſecum
philoſophos. Sicut Alexander
magnꝰ Ariſtotelē. Nero Sene/
cam. Trayanꝰ Plutarcū. Et de
hoc habitū eſt in tractatu q dicit
Cōmuniloquiū parte prima. vn̄
Alpharabius vbi.ſ̄. loquens de
philoſophia neceſſaria ad guber

natione ait: qꝫ ciuilis ſcia que eſt
politica inqrit đ ſpeciebꝰ actionū
⁊ conſuetudinū voluntariarū: de
habitudinibus: moribus: ⁊ geſti
bus a quibus procedūt iſte actio
nes ⁊ conſuetudines: ⁊ de finibꝰ
propter quos fiūt. Sequit. Deſcri
bit inter actiones ⁊ cō ſuetudines
qbus vera beatitudo acquiritur:
quibus vtendum inter ciues: qui
bus inter gentes: qbus prelatus
apud ſubditos. ⁊ ecōtrario.ſ. vtā
tur. Et ibi bene de hoc. Item vt
ait ibidem: familia propria regit
tribus modis. Diſciplina a vicijs
cohibendo. Sollicitudine in ne/
ceſſarijs ſubueniendo: Doctrina
eos honeſtis artibus inſtruendo
alios qdem liberalibus: alios fa/
brilibus prout quemq̄ȝ decet Ait
Cato. Cū tibi ſint nati: nec opes:
tunc artibus illos: Inſtrue: quo
poſſint inopem deducere vitam.
Sed nec recte diſciplinare: nec
prudenter prouidere: nec vere in
ſtruere poteſt qs ſine vera philo
ſophia que ē diſciplia diſciplinaꝝ
vt dictum eſt: ideo eſt neceſſaria
ad regimen familie prout pȝ con
ſideranti predicta. Ipſa enim eſt
diſciplina virtutuȝ: ⁊ regit ciuita
tes. ait Au.gelius. Queq; in pu/
blicis ſimul ⁊ priuatis excellit ⁊ for
titer adminiſtrat. Sapiens eniȝ
mulier edificat domum ſuam: in
ſipiens ergo ſtructaȝ deſtruit ma
nibus. prouer.xiiij. ¶ Item phi/
loſophia eſt qua gubernat homo

ſeipſum ⁊ vitā ſuā in qua tria ſūt
neceſſaria: ait Alpharabiꝰ vbi.ſ̄.
.ſ. fuga vitiorū: exercitium virtu
tum: exempla meliorū. Per pri
mū declinat homo a malo: p ſe/
cundū operat bonum: per tertiū
ne in aliquo iſtorum deficiat ad
meliora prouocat. Sed ipſa phi/
loſophia eſt expultrix vitiorū: ge
nitrix virtutū: dux vite: vt habi/
tum eſt a Tulio. Ideo neceſſa//
ria eſt ad regimē vite. Dirigit eni
in tacendo. dirigit in loquendo:
vnde Macrobius primo ſatur/
nal. in pricipio dicit. qꝫ orator nō
aliter q̄ȝ orando probat. phs nō
minus tacendo. q̄ȝ loquendo ꝓ
R tꝑe ꝓbatur. Et poſt. Nihil tā co
gnatum ſapientie ⁊ phīe: q̄ȝ locis
⁊ temporibus aptare ſermones:
perſonarum que aderūt eſtima/
tione notata. Alios eniȝ relata in
citant exempla virtutuȝ: alios be
neficiorum: nonnullos modeſtie
vt qui aliter agebāt: auditis ſepe
talibus ad emendationem veni/
rent. Ideo Ecc.xx. Eſt tacēs nō
habens ſenſum loquelle: ⁊ eſt ta/
S cens ſciens tempus apti tempo/
ris. ¶ Item philoſophia dirigit
⁊ regit hominē in agendo bona:
⁊ ſuſtinendo mala. Ipſa eniȝ eſt
lex vite: qꝛ ſapientia eſt ars vite:
ait Sen̄ epla.xcviij. vbi bene de
philoſophia ⁊ eius preceptis.

¶ Caplm̄ ſeptimuȝ. De phīe ac
quiſitione: ⁊ debito modo audiē
di ⁊ vtendi.

Onſequēter inſpiciendū
eſt: quomodo phīa acq/
ritur: ⁊ inuenit: q₂.ſ. ſtu/
dij ſedulitate: ocij quieti vacatōe
occupationum excluſione: Sub
tili inueſtigatione. Reruʒ prudē
ti experimentatione: ⁊ ſic de alijs
que exiguntur ad eius inuentio/
nem. Unde Au.geli⁹.li.xv.di.ꝙ
aſtronomus de gignēda compo
nendacꝫ ſapientia opinatus eſt.
T ſ.eam eſſe filiam vſus ⁊ memo/
rie. Hocꝫ argumento demon/
ſtrat. Nam non libris ſoluʒ: nec
diſciplinis rhetoricis dyaleticiſcꝫ
opus eſſe: ꝗ ſapiens eſſe rerū hu
manarum velit ſed opoꝛtere euʒ
verſari exercericꝫ in rebus quo/
minus nocendis periclitandiſcꝫ
eacꝫ oīa acta ⁊ euēta firmiter me
miniſſe: ⁊ proinde ſapere atcꝫ cō
ſulere: ⁊ ex his que pericula rerū
docuerunt non que libri ⁊ magi/
ſtri per quaſdaʒ inanitiones ver/
boꝛum ⁊ ymaginum: tācꝫ in mi/
mo qui in ſomno delectauerunt
Et hij inqt ei⁹ verſus. Uſus me
genuit. mater peperit memoꝛia.
Sophiam me vocant greci: vos
ſapientiam. Et hec v̄ba ſcribi de/
bere cenſuerunt cum ymagine
ſapientie preforibus temploꝛum
nec non ⁊ verſus Pacomij qui
ſunt iſti. Ego odi hoīes ſtultos:
ignaua opera ſophiſticas ſcien/
tias.ſ.que tendunt ad curioſitatē
Et de hoc Poli.li.iiij.c.vij.bene
V vſus quo exercitatio: memoꝛie vi
uacitas: q̄eta vacatio ad ſtudiuʒ
⁊ amoꝛ ſapientie: multum iuuant
ad eius inquiſitionem ⁊ inuētio/
nem. Unde ⁊ apud philoſophos
quattuoꝛ poꝛtabant lecticaʒ phi/
logie. ait Hug. didaſcol.tractatu
iij.ſ.philos ⁊ copos.i.amoꝛ ⁊ la/
boꝛ: philemina: ⁊ agrimina.i.cu/
ra ⁊ vigilia. In amoꝛe ē: vt agas
in laboꝛe: vt perficias: in cura: vt
preuideas: in vigilia: vt attēdas:
ait ibi. Et ad hoc: neceſſaria ē q̄e
ta vacatio a tumultibus exterio/
rib⁹: ait Sen̄ epl̄a.xcij. Magna
⁊ ſpacioſa eſt ſapientia: vacuo il/
li loco opus eſt: de diuinis huma
niſcꝫ dicendū: ⁊ de multis alijs:
vt ibi enumerat. Sequitur. Hec
tam multa tam magna: vt liberꝫ
poſſint habere hoſpicium: ſuper/
uacua ex animo tollēda ſunt. Nā
dabit ſe in has anguſtias virtus
Laxum ſpacium res magna de/
ſiderat: expellant omnia totū pe/
ctus illi vacet: ⁊c. Et ibi bene de
hoc. Et ad hoc hoꝛtatur ſapiētia
diuina. puer.ij. Si queſieris eaʒ
ſ. ſapientiam quaſi pecuniā: ⁊ ſi/
cut theſauros effoderis illaʒ: tūc
timoꝛē dei intelliges: ⁊ ſcientiam
dei inuēies. Sap.vi. Quaſi his
qui arat ⁊ ſeminat accede ad illā.
Ecc.xxxviij. Sapientiam ſcribe
tempoꝛe vacuitatis: ⁊ qui mino
ratur actu percipite illaʒ. Et quia
pauci predicta faciunt ob acqui/
rendam veram philoſophiaʒ: iō
non inueniunt eam. ait Au.geli⁹
li.xvj.



li.xvj. Pauci ſunt quib⁹ nō con
uenit. quod dr̄ in ſatyra. Si quā/
tum operis ſumpſiſti: vt tuus pi/
ſtoꝛ faceret bonū panem ei⁹ duo
decimam.ſ.partem rediſſes phīe
ipſe bonus iampꝛidem fact⁹ fuiſ
ſes. Nunc illum qui noꝛunt vo/
lunt emere centum milib⁹: te au
tem: qui nouit nemo contentus
eſt .ſ. emere. Quaſi dicat. plus
fuit ei cura: vt piſtoꝛ faceret bonū
panem: q̄ʒ vt ipſe adiſceret phi/
loſophiam: Et ex hoc piſtoꝛ fuit
maioꝛis reputatiōis: q̄ʒ ipſe. qua
les autem debent eſſe diſcipuli ⁊
q̄liter diſcere dicit elegāter Boe.
li.de diſciplina ſcolarium: ⁊ habi
tum eſt in parte in tractatu ꝗ dici
tur Cōlloquiū pte.v. Nullus ta/
men credat attingere vel aſſequi
philoſophiam veram: niſi eā de⁹
det ⁊ reuelet: qui archana ſapien
tie ſue reuellat paruulis. Ut eniʒ
ait Tul.iij.tuſ.q. ſm Ariſtotelem
veteres philoſophos accuſās: ꝗ
eſtimaſſent philoſophiaʒ ſuis in
genijs eſſe perfectam aut ſtultiſſi
mos: aut glioſiſſimos.i.vane glo
rie cupidos fieri: ſed ſe videre: ꝙ
paucis ānis magna acceſſio facta
eſſet: breui tempoꝛe philoſophiaʒ
plene abſolutaʒ foꝛe. Ideo: vt di
cit ibi: Teophraſt⁹ diſcipulus ei⁹
moꝛiens accuſauit naturā ꝙ cer/
uis ⁊ coꝛnicibus vitam diutur/
nam: quarum id nihil intereſſet
ſed hominibus quoꝛuʒ maxime
intereſſet tam exiguam vitam
dediſſet. Quoꝛum ſi etas potuiſ/
ſet eſſe longioꝛ futurum fuiſſet: vt
omnibus perfectis artibus: om/
nicꝫ doctrina vita hominum di/
taretur. Hec ibi. Nullus ergo ſe
eſtimet aſſequi philoſophiam ſu
is viribus: ſed eam acq̄rat humi
liter: feruenter: vigilanter ab eo a
quo eſt omnis ſapiētia. Et d̄ hoc
infra vbi de ſtudio phoꝛum.

¶ Capl̄m octauū. De philoſo/
phandi oꝛdinato fine.

Onſequenter videnduʒ
de debito fine ſiue de cā
finali ph̄andi. Et patet
ex dictis q̄s ei⁹ finis.ſ. coꝛrectio A
moꝛum. Naʒ ⁊ ſocrates: vniuer
ſam phīam ad coꝛrigendos mo/
res dicit flexiſſe. ait Aug. vbi.ſ̄. ⁊
Sen̄.epl̄a.lxxiiij. dicit: ꝙ Socra
tes vniuerſam phīam reuocauit
ad moꝛes. Et hanc dixit ſummā
phīam: bona a malis diſtinguer̄
Et Tul.v.tuſ.q. poſt pꝛincipium
dicit ꝙ Socrates philoſophiam
euocauit e celo: ⁊ in vrbibus co
locauit ⁊ coegit de vita ⁊ moꝛib⁹
rebuſcꝫ bonis ⁊ malis querere.
Finis ergo eſt coꝛrectio moꝛum
ad quā tendunt effectus philoſo
phie: de quibus ſupꝛa dictum eſt
Finis v̄o mediatus ſiue vltimus
aſſecutio beatitudis ſm ſuam in B
tentionem Aug.ix.de ci.c.ij.di.ꝙ
homini nulla ē cauſa philoſophā
di niſi vt beatus ſit. Quod auteʒ
beatum facit ipſe eſt finis boni/
Nulla ergo cauſa philoſophan/

dī niſi finis boni. Quāobrem: q̄
nullum finem boni ſectatur: nul
la philoſophie ſecta dicenda eſt.
hec ibi. Idem li.xviij.c.xl. Phi
loſophi qui non videntur labo//
raſſe in ſtudijs ſuis niſi vt inueni
rent quomodo viuendum eēt ac
comodate ad beatitudinē capeſ/
ſcendā: cur diſſenſerunt inter ſe/
niſi qꝛ hoīes humanis ſenſibus
⁊ ratiocinationibus iſta queſie//
runt? Ideo Plato et platonici
nobiles philoſophi dixerunt: deū
eſſe rerum auctorem: virtutis il/
luſtratorē: beatitudinis largitorē:
ait Aug.viij.de ci.c.v.⁊.ix.ꝙ phi
C quicūq; de deo iſta ſenſerunt: ꝙ
rerum creatarum effector: ⁊ lu/
men congnoſcendarum: ⁊ bene
agendorū: ꝙ ab eo nobis ſit ꝓn
cipium nature: ⁊ veritas doctri/
ne ⁊ felicitas vite: ſiue platonici
nuncupentur ſiue alij: eos inq̄
ceteris anteponimus: eoſq; no/
bis propinquiores fatentur: hec
Augu. vnde loquens de Plato
D ne ait ibidem.c.viij. ipſum deter
minaſſe finem boni: ſꝫm virtutē
viuere: ⁊ ei ſoli euenire poſſe qui
dei noticiam habeat ⁊ imitatio/
nem: nec eſſe aliam ob cauſam
beatū. Ideo non dubitat: hoc eē
philoſophari amare deū: vnde
colligunt: tūc fore beatū ſtudio
ſum ſapientie. Id enim eſt phus
cū deo frui ceperit. Et ibi bn̄ de
hoc. Ideo: ob beatitudinis ſiue
melioris vite appetitōem: legit de
illo: qui lecto Platōis libro cui

nomen Teobroſus vbi de imor/
talitate anime diſputauit: ꝙ ſe ꝓ
cipitem de muro dedit: atq; emi
grauit e vita ad eā quam credi/
dit meliorem. Quid autem ſit fi
nis boni: ſiue beneficium bonū
diuerſimode ſēſerūt philoſophi.
Alij enim dixerunt: hoc eē a cor
pore: alij ab anima: alij ab vtro/
q;: ſicut recitat Augu.viij. de ci.
c.iiij.⁊ li.xix.c.i. vbi recitat diuer
ſas philoſophorum ſententias.
Et de hoc infra: vbi de diuerſis
ſectis phoꝝ. vnde de quodā phi
loſopho narrat Augu. omel.iij.
⁊ ſermone.lxxiij. a q̄ cū quærere
tur: quare phāris: reſpondit. ꝓp
vitam beatā: Et querenti. quan/
do habebis illā: reſpondit. Cū
hoc corpꝰ reliquero in terra. Et
ibi de opinionibꝰ philoſophorū
circa iſtam materiam: vt enim dr̄
in prohemio libri de vectigalibꝰ
tria vt ait Empedocles extollunt
philoſophiam, Nobilis affluē/
tie contemptꝰ: future felicitatis
appetitus ⁊ mentis illuſtratio.

Capl̄m.ix. de recto vſu philo
ſophie vel philoſophandi.

Onſequenter videndū
C eſt de recto vſu philoſo/
phie. Cuiꝰ eſt rectꝰ vſus
cum ad predictos fines ordinat̄
ſcilicet ad morum correctionem
ad btitudinis acq̄ſitionē ⁊ ad effe
ctuū eoꝝ. de qbꝰ ſ. exercitationē
Ipſa enim eſt ars vite: ait Sen.
epiſtola.xcix. Sicut ergo quilibꝫ
vtitur arte ſua: quando ad finē

debitum ordinatur: ſic ex parte
iſta. Sen̄. epiſtola.xciij. loquens
de philoſophia: ⁊ diuiſiōe ac par
tibus eius. O lucille virorū opti
me: quo minus legas non te ter
reo: dūmodo qcq̄d legeris: ad
mores ſtatim referas. illos com
peſce: marcentia in te excita: ſolu
ta conſtringe: cōtumacia doma
cupiditates tuas publicas q̄tum
potes vexa. ⁊ ſic de alijs. Sic eiꝫ
in ſacra ſcriptura: ille eſt magnꝰ
qui facit quod docet Mat.v. ſic
⁊ in philoſophia: inter philoſo//
phos ille magnus eſt qui recte i
telligit: ⁊ q̄ intelligit: ad finē debi
tū ordinat. Sen̄. epl̄a. Sic iſta
diſcamus: vt que fuerunt verba
ſint opera. Nullos omnino peiꝰ
mereri iudico de oībꝰ q̄ qui phi
loſophiā velut aliquod artificiū
venale didicerunt: q aliter viuūt
q̄ viuendum eſſe precipiūt. Se
quitur. Nō magis poteſt quiſq̄
talis prodeſſe ꝓceptor q̄ guber/
nator in tempeſtate naufragabū
dus. Quid me iuuare poteſt re/
ctor nauigij attonitus ⁊ vomitās
Quanto maiori periculo putas
vitanſ in tempeſtate iactari q̄ ra
tem? Non loquendū eſt ſed gu
bernandum: omnia que dicunt
K q̄ iactāt turba audiēte aliena ſunt
Dixit illa Plato: dixit zeno: dixit
ingens agmen philoſophorum.
Nunc tot ⁊ tanta taliū dicta phi
loſophorum: quomodo poſſint
ſua eſſe monſtrabo. Faciant que

dicunt. hec ibi. Sicut ergo in ſcri
ptura ſacra non ſufficit ſolum au
dire ſed oportet facere: quia non
auditores legis iuſti ſunt ſꝫ facto/
res. ro.ij. Sic in philoſophia nō
ſuffic̄ ſcire vel dicere: ſꝫ oꝫ facere
vt ſit verꝰ phus. Facere. n. docet
phs n̄ dicere ait Sen̄. epiſtola.

Capitulū decimū. De abuſio
ne philoſophie.

Ltimo vidēdū: de abu/
V ſione vel non recto vſu
philoſophie. Et hoc pa/
L tet ex dictis. Philoſophia enim
abutit̄ vel qui ſolum intendit cu/
rioſe inueſtigare tantum vt ſciat
nō vt mores componat: aut cor
rigat: nec vt beatitudinem acqui
rat. Sene. epiſtola.xciij. in fine.
Ipſe ſcribe: vt dum ſcribis legis
oīa ad mores: ⁊ ad ſedandā ra/
bieꝫ affectuum refferas. Stude:
vt non plus aliquid ſcias: ſed vt
melius. Similiter ille abutit̄ phi
loſophia: qui philoſophatur: vt
alios delectet: nō vt morbos cu/
ret. Sen̄. epiſtola.lxxiiij. Alie ar/
M tes: ad ingeniū pertinent: hic aīe
negocium queritur. Non querit
eger medicum loquentem: ſed q
ſanare poteſt: de his que faciēda
ſunt diſerat: boni aliquid cōſulat
hoc tale eſt: quale ſi gubernator
ſit formoſus. Quid aures mihi
ſcalpis? q̄d oblectas q̄d agis: vrē
dus: ſecādus: abſtinendꝰ ſū. Ad
h adhibitꝰ es. Curar̄ debes mor
bum veterem: grauem publicū

Tantum habes negotij:quantuʒ
in peſtilētia medicus. Circa ver
ba occupatus es. Sequit. Non
eſt beatus qui ſcit illa: ſed q facit.
hec ibi. Abuſio igitur philoſobie
eſt: non eaʒ dirigere ꝛ ordinare
ad morborum anime ſanationē
ꝛ morum correctionem vt dictū
eſt. Ipſa enim eſt ſtudiū virtutis
vt prius habitum eſt. Sicut igit
virtutum eſt abuſio non ordina
re eas ad finem ſuum: ꝓut dicit
Augu. xiiij. de ci. c. viij. ꝙ ſi virtu
tes perſuadent non amare beati
tudinem: non ſunt dicende virtu
tes. Sic abuti philoſophia eſt: ñ
vti ea ad fines debitos. Quam
abuſionem reprehendebant no
biles philoſophi: prout ait Aug.
v. de ci. c. xx. Solent ꝓhiloſophi
qui fineʒ boni humani in ipſa vir
tute conſtituunt: ad ingerendum
pudorem quibuſdā philoſophis
qui virtutes quidem probant: ſʒ
eas voluptatꝫ corporalis fine me
tiuntur: ꝛ illam ꝓpter ſe putāt ap
petendam: ꝛ virtutes ꝓpter ipſaʒ
tabulam quandaʒ verbis pinge
re: vbi voluptas ī ſella regali cō
ſedeat: cui v̓tutes famule ſubijciā
tur: obſeruantes nutum eius: vt
faciāt quod ipſa imꝑauerit: vt. ſ.
prudētie iubeat: ꝙ vigilanter in
quirat: quomodo dña voluptas
regnet ꝛ ſalua ſit. hoc ideʒ imꝑat
alijs virtutibꝰ: ita ꝙ virtutes cuʒ
tota ſua gloria ꝛ dignitate tanꝗ̄
imꝑioſe cuidam ꝛ honeſte muli
ercule. ſeruiunt voluptati. ꝛc. Ni
hil hac pictura dicūt ignominio
ſius ꝛ deſſormius: ꝛ qd̓ minꝰ fer
re poſſit bonoruʒ aſpectus. Et ve
rum dicunt ait ibi. Sequit. Non
eſtimo ſatis debiti decoris eſſe pi
cturam: ſi talis figuratur: vbi vir
tutes humane glorie ſeruiāt. Li
cet eniʒ iſta gloria delicata nō ſit
inflata tamen eſt: ꝛ multuʒ habʒ
inanitatis. Item vt ait ibi: nec il
li ſe ab iſta deffenderint feditate:
q cū aliena ſpernant iudicia: ve
lut glorie cōtemptores: ſibi ſapiē
tes videntur: ꝛ ſibi placent. Naʒ
eorum ꝛ ſi nulla eſt: aliquo quo
dāmodo: humane ſubditur lau
di. Neqꝫ enim ille qui ſibi non
placet. homo non eſt hec ibi. Ex
his patet ꝙ poteſt ymaginari tri
plex pictura. vel cum virtutes ſer
uiunt voluptati. vel cum ſeruiūt
vanaglorie aliene. vel cum ſerui
unt ꝓprie complacentie ꝛ eſtima
tioni apd̓ ſe glorianti. Ex hoc au
tem triplex abuſio virtutuʒ ac ēt
triplex abuſio philoſophie: ſi di
ctis modis deordinet. Et de hoc
infra: vbi de philoſophis abuten
tibus philoſophia ꝛ degenerantibus a nobilibus philoſophis.
qui vocabātur plebei apud eos.
Et hec breuiter dicta ſufficiāt de
philoſophia in comuni.

## Secūda ps. De philoſophis in comuni.

## Capitulum primum. De hoc noie philoſophus ꝛ eius origine.



Primum patet ex di
ctis ſupra. Dicit enim
philoſophus amator
ſapiētie ſm̄ Aug. vbi
ſ. Et ſicut dicit Tuliꝰ
lib. v. tuſ. q. poſt principiū nomē
ſapiētie vſqꝫ ad tempus Picta
gore attribuebatur. Ipſe v̓o prio
reſpondit: ſe eſſe philoſophū. Et
Augu. iij. confeſſionum poſt pn
cipium dicit: ꝙ philoſophus di
cebatur amator ſapientie. Et idē
viij. de ci. c. ij. Et qꝛ nulla: vera ē
virtus: niſi que eſt charitate in
formata: vt dictum eſt: nulla ve
ra philoſophia: niſi que fide ope
rante per dilectioneʒ dirigit: nul
lus verus eſt philoſophus: niſi
verus dei amator. vnde ꝛ Pla
to vult philoſophum eſſe amato
reʒ dei. vt (qꝛ ſcilicet philoſophia
ad beatam vitam tendit) fruens
deo ſit beatus qui deum amaue
rit: ait Aug. viij. de ci. c. viij. Nō
non dubitat etiam Plato hoc
eſſe philoſophari ſciliʒ deū ama
re: vt dictum eſt. ſ.

## Capitulum. ij. De philoſophica ꝓfeſſione.

Secūdo ſciendum ꝙ pro
feſſio philoſophica fuit ī
mundialiuʒ contemptu
ꝛ dimiſſione: in appetitu ſapiētie
ꝛ eius ſedula ſtudioſitate: in con
uerſationis ꝛ vite compoſita ho
neſtate: flectendo philoſophiam
ad moruʒ correctionem. vnde ꝛ
Plato dicebat: philoſophos eē
iuſtos: eo ꝙ omnia cōtemnebāt
ait Tulius primo de offi. c. viii. ꝛ
hoc patebit infra: vbi de hoc.
Item eoꝝ vita erat compoſi
ta ꝛ honeſta taʒ in dictis ꝗ̄ in fa
ctis. vnde Sene. epiſtola. xli. lo
quens de quodaʒ philoſopho q
ſolebat magno curſu verba con
uellere: ꝛ cuius verba plura ve
niebant ꝗ̄ quibus vna vox ſuffi
ciat. hoc inquit Señ. non probo
in philoſopho: cuius pronuncia
tio ſicut ꝛ vita debet eſſe compo
ſita. Nihil aūt ordinatum eſt qd̓
ꝓcipitat ꝛ properat. hec ibi. Qui
bus verbis innuit: ꝙ vita philo
ſophi debet eſſe modeſta: ꝛ etiaʒ
pronunciatio. Et de hoc ſimiliter
infra. Item erant ſtudioſi ſa
pientia: ꝛ flectebant philoſophiā
ad morum correctioneʒ: ſicut di
ctum eſt de Socrate. Et licet nō
fuerit in eis vera virtꝰ: nec recta
fides: modus tamen viuēdi phi
loſophicus in ſuo genere fuit no
bilis. Vn̄ Poli. li. iij. c. ix. loquēs
de philoſophis dicit: ꝙ erat ī eis
venerabilis ymago virtutis: duʒ
ſine fide ꝛ dilectione: virtutis ſub
ſtantia eſſe poſſit. Et vtinam in
quit inueniatur in nobis qui vel
virtutis ymagineʒ teneat. Quis
eniʒ vmbras virtutuʒ induit: q
bus videmus floruiſſe gentiles.
Licet eniʒ ſubtracto eis xp̄o. ve
re beatitudinis non apprehende
rint fructuʒ: Quis enim Themi
ſtoclis diligentiā: Frontonis gra

ꝟitatem.continentiam Socratis
Fabꝛicij fidem:pudicitiam Sci
pionis:longanimitatem Vlixis:
Catonis parcitatē:Titi pietatem
imitatur? Quis non cum admo
nitione veneratur? Poꝛro dicti
philoſophi ⁊ conſimiles magni
⁊ laudabiles viri:quaſi quedam
ſeculorum ſuoꝛum ſydera ſplen/
duerūt:illuſtrantes tempoꝛa ſua
⁊c. Qui licet tales fuerint: qꝛ tñ
dominum jeſuꝫ xp̄m nō cogno/
uerunt ſed euanuerunt in cogita/
tionibus ſuis:ſuperbia tumeſcen/
tes: vera humilitate carētes:hu/
manam gliam appetentes:ſe ſa
pientes eſtimātes: ⁊ dicētes ſtul/
ti facti ſunt.ro.i. Et deus abſcon/
dit ab eis ſapientiam.quam par/
uulis reuelauit. Math.xi. Et ni/
hilominus quodāmodo fuerūt
cōmēdandi pꝛopter dictoꝝ ope/
rum ingenuitatem: ⁊ fideles phi/
loſophi ſunt increpandi qui eos
non imitantur in conſimilibꝰ:li/
cet eoꝛum opera fuerint imperfe/
cta: qꝛ non charitate informata.
Hiero.epiſtola v ltia. Plus de/
bet xp̄i diſcipulus xp̄i preſtare qꝫ
mundi philoſophus glie ppl̄ris
aure: atqꝫ rumoꝛum venale mā/
cipium: qꝛ ſcilicet humane gloꝛie
ſeruiebant:eamqꝫ in operibꝰ ſuis
appetebant.

℄ Capitulum.iij.De philoſophi/
co veſtimento.

Onſequenter videnduꝫ
C eſt ō habitu philoſophi
co: ⁊ de ſignis ſue pꝛofeſſionis. ⁊
de hoc bene in vita beati Atha/
naſij.vbi de philoſophis iter alia
dicit: ꝙ philoſophus honoꝛabat
per virgam quam geſtabat i ma
nu in ſignū cuiuſdam religiōis:
per nutrimentum come: ⁊ p ve/
ſtimenti decoꝛeꝫ.vſqꝫ ad hec ha
bebat actum philoſophicuꝫ.hec
ille. Et Hiero.epiſtola.cxiiij.dic
ꝙ apud grecos ille philoſophus
laudatur:qui omne quo vteret
vſqꝫ ad paliū ⁊ ānulū ſua manu
facta gloꝛiatꝰ eſt. In quattuoꝛ pre
dictis conſiſtebat philoſophicuꝫ
indumentum. Cuius ratio aſſi/
gnari pōt: ꝙ palio vtebat i ſignū
honoꝛis ⁊ venerationis: virga in
ſignuꝫ religiōhis ſiue regiminis
Anulo in ſignum magiſtralis di
gnitatis ſiue doctrinalis. Comaꝫ
nutriebat in ſignum virilis ma/
turitatis ſiue grauitatis: vn̄ apud
philoſophos valde erat repꝛehē
ſibile geſtare habitū philoſophi/
cū abſqꝫ vite philoſophice hone
ſtate:ait Au. gelius li.ij.atti.no/
ctium ideſt athenienſiū loquēs
de quodam turpis vite defferen
te habitum philoſophicum. Ad
herodem inquit athicum conſu/
larem athenieñ. virum ingenio
ameno: grecaqꝫ facūdia celebꝛē
adijt quidā paliatus: ⁊ barba cri/
nitus pꝛope vſqꝫ ad pupam poꝛ
recta petens ab eo dari ſibi co/
pꝛove ille aliquod donariū. Tūc
ille interrogat: quis nam eēt. At



ille vultu ſonituqꝫ obiurgatoꝛio:
ſe ph̄m dixit. Mirari qqꝫ ſe ad/
didit: cur querenduꝫ putaret qꝺ
videret. Cui ait. video barbam ⁊
paliū: ph̄m nūdum video. Que/
ſo autem te inquit cum bona ve/
nia: dicas mihi: quibus nos ar/
gumētis eſtimas vti vt te ph̄ꝫ no
ſceremus. Tunc qui cum hero/
de erant dixerunt: illum eſſe erra
ticū hominē: ⁊ nullius rei dignū
incolamqꝫ eſſe reoꝛum ſoꝛdenti/
um ⁊ ganearū: ⁊ niſi accipiat qꝺ
petit conuitio turpi ſolitum irre/
pſiſſe. Ait Herodes. Demꝰ huic
aliquid eris tanqꝫ homines non
tanqꝫ homini. Et iuſſit: ei dari p̄
cium panis triginta dieruꝫ. Tūc
ille aſpiciens nos ait: ꝙ ph̄m ſe
oſtentanti. Miſſemꝰ iuſſit dari
mille nūmos. Et cū pleriqꝫ dice
rent: nebulonem eſſe ⁊ malū ho
minem: ⁊ nulla re dignum aiūt
tunc illi dixiſſe. Doloꝛi inquit mi
hi ē: ꝙ hmōi animalia ſpurca at
qꝫ pꝛobꝛa nomen vſurpant ſan/
ctiſſimum: vt philoſophi appellē
tur. Et ſubdit. Maioꝛeſ nr̄i athe
nienſes: noia iuuenū foꝛmoſiſſi/
morum harmodij ſcilicet ⁊ Ari
ſthogonis: qui libertatis recupe/
rande gratia: hyrpium tyrannuꝫ
interficere adoꝛſi ſunt: vt nunqꝫ
ſeruis liceret talibus nominibus
nūcupari. ⁊ decreto publico ſan/
xerunt quoniam nefas ducebāt
nomina libertati patrie donata:
ſeruili contagio pollui. Cur ergo
inquit patimur: nomen ph̄ie illu
ſtriſſimū in hominibꝰ teterrimis
exſoꝛdeſcere? ℄ Simili iquit ex
emplo ex ꝯtraria parte antiquos
romanoꝝ noia patricioꝝ quoꝝū
dam: male de republica merito/
rum: ⁊ ob eam cauſam capite dā
natoꝛum cenſuiſſe: ne qui eiuſdē
gentis patricio nomine nomina/
retur: vt vocabula diffamata eo/
rum: cū illis emoꝛtua viderētur.
hec ibi. ℄ Ex quibus patet con/
ſideranti repꝛehenſibilitas philo
ſophoꝛū fictoꝛum: oſtendentium
ſe ph̄os: ⁊ vita ph̄ica nō viuenti
um. ℄ Itē patet hominū bono/
rum mirifica largitas: quia dant
aliqñ etiam indignis: conſiderā/
tes ſuam honeſtatem: non alio/
rum dignitatem. ℄ Item patet
iuſta equitas: ⁊ recta oꝛdinabili/
tas: ꝙ noia nobilia non debent
imponi ignominioſis: ⁊ ꝙ malo
rum nomina debent extingui et
deleri. ℄ Item patet: ꝙ ficti ph̄i
erant deteſtandi apud veros phi
loſophos quibus erat graue: ꝙ
ingenuum nomē in eis ſoꝛdeſce/
bat: qualiter apud ſanctos hoies
⁊ apud ſanctitatis auctoꝛē dn̄m
ieſum deteſtandi ſunt ficti ⁊ falſi
xp̄iani: falſi ⁊ ficti religioſi: falſi ⁊
ficti clici: falſi ⁊ ficti doctoꝛes q
gloꝛiantur in dictis nominibꝰ ſi/
ne re nominū. i. vite debite veri/
tate. ꝯtrū enim in ipſis eſt: noia
illuſtriſſima exſoꝛdeſcere faciunt.
Quibus iuſte poteſt dominꝰ di/ A B

cere illud Iſai.lij. Nomē meum
p vos blaphematur tota die. Et il
lud Apoca.ij. Nomen habes ꝙ
viuas: ⁊ mortuus es.
¶ Tertia pars habet diſtinctio
nes ſex. Diſtinctio pria. De phi
loſophorum ſucceſſione in cōi.
¶ Capl'm.i. De duob⁹ phorum
generibus: ⁊ de ſeptem ſapienti
bus: ⁊ eorum ſucceſſione.

C Onſequenter viden
dū eſt de tertio princi
pali. ſ. de ſucceſſiōe il
luſtrium phorum: ⁊
de eorum dictis mo
ralibus ⁊ exemplis. ¶ Et primo
de ipſa ſucceſſione in cōi. ¶ Se
cundo de ſibi inuicē ſuccedētib⁹.
¶ De prio ſcilicet de ipſa ſucceſ
ſione Augu. bene.viij. de ci.c.ij.
di. ꝙ qūtuz attinet ad litteras gre
cas: que lingua: inter ceteras gen
C tium clarior habetur: duo phorū
genera traduntur. vnū italicum
ex ea parte italie que condā ma
gna grecia nūcupata eſt. Alterū
ionicū in eis terris vbi nunc gre
cia nominat. Sequit. Ionici vō
generis princeps fuit Thales mi
leſius vnus illoꝝ ſeptē q ſunt ap
pellati ſapiētes. Sed ⁊ illi ex vite
genere diſtinguebātur: ⁊ quibuſ
dam preceptis ad bene viuendū
accomodatis: ⁊ hi ſeptem ſapien
tes erāt nomiatiſſimi: ⁊ illuſtriſſi
mi temporibus ſuis. De quibus
Augu. vi. de ci.c.xxiiij. vbi ait: ꝙ
regnāte apō hebreos Sedechia
⁊ apō Romanos Tarquino p
ſco: eo ſcilicet tempore Pictac⁹ D
mithilen⁹: alius a ſeptem ſapien
tibus fuiſſe phibetur. Qui neqꝫ
vt ſeptez nominarentur Thalet
quem ſupra cōmemorauim⁹ ſci
licet libro.viij. vt dictū ē: ⁊ huic
pithaco adduntur. Eo tempore
ſcribit Euſebius fuiſſe q̊ captiu⁹
ppl's in Babilonia tenebat. hec
ibi. Et de eiſdez Tuli⁹.v. tuſc.q.
poſt principium dicit: ꝙ nomen
ſapientie apud antiquos fuit pul
cherrimū. Itaqꝫ illos ſeptez qui
a grecis ſophyn.i. ſapientes a no
ſtris ⁊ habebantur ⁊ dicebantur
Et de his Alexander neqꝫ lib. de
naturis rerum dicit: ꝙ ſeptem
ſapientibus tanqꝫ ſeptē numini
bus terrenis ſublimata ē ciuitas
Athenienſis: quorum reſponſis
tanqꝫ celeſtibus oraculis tot⁹ or
bis certificatus eſt: ⁊ tanqꝫ ſeptē
planetis non erraticis illuſtratus
Et tamen hi licet eſſent ſic repu
tati ſapientiſſimi erant ēt hūiles
ſuo modo ſe mutuo honorantes
⁊ reputantes ſe inuicem ſapiētes.
ait Uale. lib.iiij.c.i. vbi narrat: ꝙ
piſcatores vendiderāt iactū ſuū
cū rheti: ⁊ extraxerunt menſam
auream delphicam. ex qua orta
eſt controuerſia: illis capturā pi
ſcium tantum ſe affirmantib⁹ vē
didiſſe. alio ſcilicet emptore aſſe
rente ſe fortunaz emiſſe ſcilicz qō
eueniſſet ex fortuna. ⁊ tūc. ppter
rei nouitatem conſulitur Apollo



delphicus ſcilicet quid faciendū
Qui adiudicauit: illā dari ei q ce
teris ſapiā pſtaret. Que tūc data
eſt Thaleti. At ille miſit eaz Biā
ti: ille pithaco: ⁊ ſic inuicem: do
nec vltimo fuit data Soloni. Et
in hoc euidentiſſimum humilita
tis exempluz in eis qui peminēt
ſapiā. ¶ De ſucceſſione vō iſto
rum philoſophoꝝ Aug. viij. de
ci. vbi. ſ. dicit: ꝙ iſte Thales: vt
ſucceſſores etiā ppagaret: rerum
naturaz ſcrutatus ſuaſqꝫ diſputa
tiōes litteris mandādis emicuit:
maximeqꝫ admirabilis extitit: ꝙ
aſtrologie numeris cōprehenſiſ
deffectus ſolis ⁊ lune etiam pdi
cere potuit. Aquaz tamē putauit
rerum eſſe principium. huic ſuc
ceſſit Anaximander: q mutauit
opinionez: ⁊ ex ſuis proprijs pn
cipijs qualiqꝫ res naſci putauit.
Iſte quoqꝫ Anaximander: di
ſcipulum ſucceſſorem reliquit: q
rerū cās aeri infinito dedit. Ana
xagoras vō: auditor eius fuit: et
rerum omniū quas videm⁹ effe
ctorem diuinū animum ſenſit: ⁊
ex infinita materia: put ibi proſe
quitur Augu.
¶ Capl'z.ij. de Solone philoſo
pho: ⁊ eius legibus ⁊ ſtudio.

S Olon vō qui fuit alius a
ſeptez ſapientibus dedit
leges Athenienſib⁹. de
cuius legibus Augu.ij. de ci.c.
xvi. Et plenius Au. gelius li.xxi.
dicens: ꝙ Solon Athenieñſibus
leges dedit. Et de diuerſitate ſua G
rum legum: ⁊ de ipſo ac eius le
gibus Trogus pompeius li.ij. di
cit: ꝙ ciuitati ſcilz athenieñ. tunc
nulle leges erant: qr libitus regis
pro legibus erat. Eligitur So
lon vir iuſtitie inſignis. qui velut
nouam ciuitatez legibus cōderet
qui tanto tēperamento inter ple
bem ⁊ ſenatuz egit: cū ſcilicet qō
pro altero ordine tuliſſet diſplici
turuz alteri videretur ab vtriſqꝫ
parem gratiaz traheret. Et Au.
gelius vbi. ſ. de Solone inqt et
Homero ⁊ Heſiodo cōſtat eos
etatem egiſſe eiſdem temporib⁹
vel Homerū aliquāto antiqorē.
Et ſequitur. Solonē accepimus
ex illo nobili numero ſapientum
leges ſcripſiſſe athenienſib⁹. Pi
ſiſtratus Athenis tyrannus fuit
Solone in exiliū voluntariū p
fecto: quod id ſibi predicenti cre
ditum non eſt. Iſte Solon mira
biliter fuit ſtudioſus. de quo Ua
lerius lib.viij.c.vij. dicit: ꝙ ſupre
mo die ſcilicet ante mortem aſſi H
dentibus amicis: ⁊ quadaz de re
ſermonez conferentibus fatis iā
preſſuz caput erexit. Iterrogatuſ
qꝫ quapropter id feciſſet: reſpon
dit. Ut cū id quicquid eſt de quo
diſputatis percepero moriar. Et
de eo Tuli⁹ lib. de ſenectute dicit:
ꝙ Piſiſtrato tyranno querenti
qua ſpe fretus ſibi tam audacter
obſiſteret: reſpondit. Senectute
Quaſi dicat: ꝙ paratus erat mo

ri tunc. Et ibidem. Solonis ſapi-
entis eulogiū eſt: ꝙ ſe negat vel-
le mortem ſuam dolere: ⁊ lamē-
tis amicorum carere: vult enim
carum eſſe ſuis. Ex dictis pꝫ: ꝙꝫ
ſtudioſus fuit ⁊ ſapiens: ⁊ qualr
vſus eſt ſapientia ſua ad aliorū
vtilitatem: dando leges ad regi-
men reipublice: ⁊ ꝙꝫ modeſtus
vtendo legibus inter diſcordes.
Quem debent imitari ſapientes
xpiani in predictis. ¶ De reliqs
ſex ſapientibus non leguntur m'ta
notabilia in libris quibus vtūtur
moderni. Et ideo redeūdum ad
ſucceſſionem philoſophorum ſu
pradictam: de qua Aug. viij. de
ci. c. ii. vbi dicit qđ ſequitur.

¶ Capl'm ſcđm: De Anaxago-
ra ⁊ eius virtutibus.

q Uod Anaxagoras fuit
auditor Anaximandri:
de q̊ ſupra. Qui. ſ. Ana-
xagoras reſpondit: ſe natum eſſe
ad celeſtium contemplationē: vt
dictum eſt ſupra. Et ipſe fuit mū-
dialium rerum mirificus contē-
ptor. De quo Val. vbi. ſ. dicit: ꝙ
cū ex diuturna peregrinatiōe pa-
triam repetiſſet: poſſeſſioneſqꝫ ſu-
as: deſertas vidiſſet: non eſſē in
qt ſalu' niſi iſta periſſent. ¶ Itē
fuit patiens in aduerſis: ⁊ ſui pro-
uidus conſolator. De quo Vale.
li. v. in fi. di. ꝙ audita morte filij:
nihil inquit nouū: aut inexpecta
tum nuntias. Ego enim illum ex
me natum ſciebam eſſe mortalē.
Idem ait Tul. iij. tuſc. q. Itē fuit
contemptor generis mortis. De
quo Tul. li. i. tuſc. q. di. ꝙ queren-
renti ante mortem an in patriā
vellet afferri: nihil neceſſe eſt in-
quit. tantū vndiqꝫ vie ad inferos
Et in ꝑdictis iſte ph'us ſimiliter
eſt imitandus.

¶ Scđa diſtictio. de Diogene.

¶ Capl'm. primū. De Antiſtene
magiſtro Diogenis.

a Lter v̊o auditor ſup̄-
dicti philoſophi: ⁊ ſic
condiſcipulus Ana-
xagore fuit Diogenes
ſcđm Aug. vbi. ſ. qui di-
xit: aerem: rerū eſſe naturam: de
quibus omnia fierent: ⁊ eū eſſe
compotem diuine rationis. ſine
qua nihil ex eo fieri poſſet. ait ta-
men Hiero. contra Iouinianū
ꝙ Diogenes fuit diſcipulus An-
tiſtenis. Unde ait. Leguntur pluri-
mi philoſophorum. non tantū
diuitias contempſiſſe: ſed etiā ab-
iecisse quaſi impedimentum ſa-
pientie ⁊ virtutꝫ. Fecit hoc Socra-
tes quem omniū philoſophorū
ſecte quaſi prudentie ⁊ virtutꝫ vni-
cum fontem venerant. Antiſte-
nes quoqꝫ cum glīoſe rhetoricā
docuiſſet: audiſſetqꝫ Socratem
dixiſſe fert' ad diſcipl'os ſuos. Abi-
te: magiſtrum querite: ego eū iā
reperi. Statimqꝫ venditis q̄ ha-
bebat: ⁊ publice diſtributis: nil ſi-
bi pluſqꝫ paliolū reſeruauit. Hu-
ius autem Diogenes ille ſectator



fuit potentior rege Alexandro ⁊
nature humane victor. Cū autē
Anthiſtenes: diſcipulorum nul-
lum recipere vellet: ⁊ perſeuerā-
tem Diogenē remouere nō poſ-
ſet nouiſſime minatus eſt ſibi cla-
ua niſi abiret. Cui ille ſubieciſſe
caput fertur atqꝫ dixiſſe. Nullus
tam duro baculo erit qui me poſ-
ſit a tuo conſortio ſeparare.

¶ Capitulum ſecundum. De vi-
ta Diogenis ⁊ eius virtutib'. ſcꝫ
volūtaria paupertate: rigore ani-
mi: ⁊ conſtantie eius.

r Efert Satyrus qui vi-
torum illuſtrium ſcribit
hyſtorias: ꝙ iſte Dioge-
nes palio duplici vſus ſit ꝑpter
frigus: peram pro cellario habu-
it: ſecūqꝫ portauit: ⁊ ꝙ clauā ge-
rebat ad corpuſculi fragilitatem
qua iam ſenex membra ſuſtēta-
re ſolitus erat. remorachios vul-
go ſic appellatus: in preſentē ho-
ram poſcens a quolibet ⁊ accipi-
ens cibum. Habitauit āt in portaꝝ
veſtibulis ⁊ porticibus ciuitatum
vſqꝫ profitens verum: ⁊ tranſeū-
tium abigens aut notans vitia q̄
mores fedabant. Cumqꝫ ſe tor-
queret in dolio: ſe domum volu-
bilem habere iocabat'. ſe cū tem-
poribus immutantem. Frigore eni
os dolij v̊tebat ad meridiē: eſta-
te: ad ſeptemtrionem: ⁊ vbicun-
qꝫ ſol ſe iclinaret. Diogēis ſimul
pretorium diuertebat'. Quodam
v̊o tempore: cum in vſum potan-
di: calicem ligneū gereret: vidēs
puerum manu concaua bibere:
eliſit eum in terra dicēs. Neſcie-
bam: ꝙ natura haberet poculū
Nihil vnqꝫ de animi rigore re-
miſit. In eodē vultus tenore etiā
aduerſis interpolatus ꝑſtitit. Et
vt plene Socraticū eū noſces:
calcatis turbinibus fortuitoꝝ: ad-
uerſus omnem dolorem ⁊ miſe-
riam: vniformi durauit ꝑpoſito.
Dicebat enīꝫ. Hec ſemꝑ a philo-
ſopho aliena: ⁊ impotē ſui: i quē
fortune quippiā licet. Virtutē ei'
⁊ continentiā mors quoqꝫ indi-
cat. Nam cū ad agonum olym-
picum q magna frequentia cele-
brat' iam ſenex pergeret: febri in
itinere apprehēſus accubuit i cre-
pidine vie. Volentibus autē ami-
cis: eum aut in iumentū: aut i ve-
hiculum tollere: non acqeuit: ſed
tranſiens ad arboris vmbrā ait
Abite queſo ⁊ ſpectatum pergite
hec nox aut me victorem proba-
bit: aut victum. Si febrem vice-
ro: ad agonem veniam: ſi me vi-
cerit: ad inferna deſcendam. Ibi-
qꝫ per noctem eliſo gutture: non
tam mori ſe ait: ꝙꝫ febrem morte
excludere. Deceptus opinione vi-
rorum fortium ⁊ exemplo in ex-
treme difficultatis articulo: ne ali-
unde inferet': mortē vltroneā
credidit appetendā. Hec ibi. Et
idem. Poli. li. v. c. xv. Et de hoc
in parte Sen̄. epl'a. xliij. loquens
de ipſo Diogene dicit: ꝙ cū vidiſ-

ſet puerū manu concaua aquaz bibentem: fregit protinꝰ exēptuz e perula calicem cum obiurgatione ſui. Quamdiu homo ſtultꝰ ſuꝑuacuas ſarcinas habui? Qui ſe complicuit in dolio: ⁊ in eo cubitauit. Ideo concludit: eū eſſe ſapientiorem illis: qui querunt mūdi huius irritamenta ⁊ ſuꝑflua.

¶ Capitulum tertium. De refutatione muneruz Alexan. ⁊ ꝙ fuit eo potentior.

Tem Señ. v. de benefi. c. v. dicit: ꝙ Alexander quaſi omnes vicit nationes: a Diogene tamen victus eſt. Eo die ſuper humāe ſuperbie tumens menſuram vidit aliquem cui nec dare qcꝗ̄ poſſet nec eripere. Et ideo potentior ipſo Alexandro omnia poſſidēte. Plus enim erat: ꝙ hic nollet accipere ꝗ̄ qđ poſſet ille dare. Et Val. li. iiij. c. iij. di. ꝙ Alex. continentiam Diogenis vincere nō potuit. Ad quem in ſole ſedentem cum acceſſiſſet: hortareturq;: vt ſi q̄ ſibi preſtari vellet indicaret: vir robuſte preſtantie ait. Vellem de ceteris. vt a Sole mihi non obſtes. Quaſi dicat. Non ſtes inter me ⁊ ſolem. ⁊ exoruit ſententiā Alex. Nam Diogenem gradu ſuo pellere temptauit. ſed cellerius Dariū armis potuit pellere ſuo gradu regali. Et de hoc Iuuenalis lib. v. ſatyra. ij. Senſit Alexander teſta cum inquit in illa. i. dolio. Magnū. i. Diogenem habitatorē: ꝗ̄to felicior hic q. Nil cuperet: ꝗ̄ q totum paſceret orbez. Ubi ait expoſitor: ꝙ Alexāder licet totius orbis haberet dominium: illiꝰ vitam ſue prepoſuit. Et de hoc. ſ. q̄liter petijt ab Alexandro: ne ſtaret inter ſe ⁊ ſolem: Tulius. v. tuſ. q. ante fi. Mirificꝰ ergo contemptor omnium opulentiarū: excellentiarum: ⁊ etiā ſuiipſiꝰ fuit ipſe philoſophus. Unde gliabatur ꝙ fuerat ex diuite factꝰ pauper: laudabatq; magiſtruz ſuū q fecerat eum pauperem: prout dr̄ li. i. Saturnal' ante me. ꝙ Diogenes Antiſtenem magiſtrū ſuum ſolebat veluti vituperando laudare. Ipſe: me aiebat mendicū fecit ex diuite: ⁊ pro ampla domo fecit i dolio habitare. Melius autem dicebat iſta: ꝗ̄ ſi diceret: gratus ſuz illi quia me philoſophum ⁊ cōſumate virtutis virum fecit: hec ibi. Unde ⁊ gratias agebat magiſtro ſuo qui fecerat eum pauperem. ⁊ a iactantia cauebat a predictis verbis.

¶ Capitulum quartum. Qđ fuit ſimilis dijs immortalibus ſm Senecam.

d

E huius autez perfectione in talibꝰ Señ. in lib. de trāquillitate animi circa mediuz. vbi ait: ꝙ faciliꝰ eſt quibuſdam non acqrere pecuniam ꝗ̄ amittere. Ideo letiores videō quos nunꝗ̄ fortuna reſpexit ꝗ̄ quos deſeruit. Uidit hoc Diogenes vir ingentis animi ⁊ effecit: ne quid ſibi erripi poſſet. Tū inquit paupertatem: inopiam egeſtatem vocans ꝙ voles ignominioſum nomen ſecuritati impone. Sequit̄. Si quis de felicitate Diogenis dubitat: poteſt idē dubitare. ⁊ de deorum imortaliū ſtatu: an parum bene degāt: qr illis non predia non orti ſint: nec aliq̄ colono rura precioſa: nec grāde in foro fenꝰ. Et poſt. Hūc tu pauperem putas: an dijs imortalibꝰ ſimilem qui ſe fortuitis omnibus exuit: hec ille. Ex quibꝰ cōcludit ipſum Diogenem feliciorem eſſe Pompeio: Cui numerus erat multorum ſeruorū. Diogeni vͦo vnicus erat ſeruus.

¶ Capitulū quintum. De volūtate reuocandi ſeruum: ⁊ ꝙ ſua fortuna melior fuit ꝗ̄ regis perſarum.

d

E ipſo quoq; Diogene narrat ibidem ꝙ eiꝰ int micus ſeruus fugit: nec eū reducere cum monſtraretur curauit. Turpe inqt eſt: Mahtē ſine Diogene poſſe viuere. Diogenem ſine Mathen nō poſſe. Ex quo patet eius animoſitas: ⁊ magnanimitas: Dedignabatur eniz querere illum qui nolebat ſecuz viuere. Et de hoc Tuliꝰ. v. tuſcu. q. dicit: ꝙ hic Diogenes diſputare ſolebat: ꝗ̄to regem perſarum vita fortunaq; ſuperaret. ſibi nihil deeſſe: illi vͦo ſatis nunꝗ̄ fore ſe illius voluptates non deſiderare quibus ſatiari nunꝗ̄ poſſet. ſuas autem conſequi illū nullo modo poſſe. Ex hoc patz qualiter abdicauit oēs voluptates exteriores ⁊ cupiditates ſuo modo.

¶ Capſm ſextū de eiꝰ patientia i ſuſtinendo iniurias.

n

On ſolum autez fuit cōtemptor talium: ſed fuit mirabilis cōſtantie ⁊ patientie: ꝑut narrat Señ. ꝺ eo lib. iij. de ira: vbi monet ad patientiā Contumeliam inqt tibi fecit aliquis? Nunꝗ̄ maiorez ꝗ̄ Diogeni philoſopho ſtoyco. Cui cuz de ira diſerenti adoleſcens proteruꝰ in faciem inſpuiſſet: tunc ille leniter ⁊ ſapienter. non qdem inquit iraſcor: ſed dubito an iraſci oporteat. Et idem. Quāto videbit̄ melius. ſ. ſuſtinuiſſe. Cui cum agenti cauſam in frontē mediam quātum poterat attracta pingui ſaliua Lentulus inſpuiſſet: Ille abſterſa facie: affirmabo inqt. o lētule falli eos: q te negāt os habere. Mira igitur eius patientia in cōtumeliarum perpeſſione. ¶ Itez de eius patientia in cōtemptu generis mortis et ſepulture. ait Tuliꝰ. i. tuſ. q. di. ꝙ Diogenes. ſ. moriens: iuſſit: ſe ꝓici inhumatuz. Cui cum amici dicerent: ꝙ a feris deuoraret̄: reſpōdit. Minime. ſed baculum quo abigam pone. Cui dicūt. Quid poteris nō

ſentiens.ſ.tunc?at ille. Quid igit
ferarum laniatus mihi non ſen/
tienti oberunt? Ex hoc concluditur
ꝙ minime obeſt carentia ſepulture.

℄ Capl'm ſeptimũ: De patientia
ꝛ aioſitate ei⁹ in captiuitate.

Uit enim in omnib⁹ cõ
ſtans: nulla moleſtia fra
ctus. Unde. Au. geli⁹ li.
ij.c.xvij. Cum Diogenes inquit
ex libertate in ſeruitutem act⁹ vẽ
deret: cum: eum emere quidam
vellet: percũctat⁹ quoq; eſſet: qð
genus ſeruitutis ſciret: noui inqt
A hoibus liberis imperare: Tũc il
le eũ emit: ꝛ manumiſit: filioſq;
ſuos ei tradens: accipe inquit li/
beros meos quibus imperes. pa
tet igitur: ꝙ nulla captiuitate vi/
ctus eſt.

℄ Capl'm octauũ. De eius patiẽ
tia in dolorib⁹ ſuſtinendis.

Tem in doloribus ſuſti/
nendis fuit longanimis
ꝛ robuſt⁹. Unde Fulgen
tius li. Michologiarum. Dioge
nes inquit Cynnicus cum dolo/
re torqueret: ꝛ vidiſſet homines
in amphiteatrũ concurrentes aie
bat. O hominũ ſtultitiã: currunt
ſpectare homines feris repugnã
tes: ꝛ me pretereunt cuꝫ naturali
dolore certantem. Quaſi dicat.
Tranſeunt ad videndum min⁹
mirabilia: non cõſiderantes ma
ius mirabile. quod eſt in me. Ex
dictis patet qualiter fuit longani
mi patientia ſolidus. Ut enim di.

Solinus. li. ij. ante. fi. Heraclit⁹
ꝛ Diogenes Cynnic⁹ nihil vnq̃
de rigore animi remiſerunt calca
tiſq; turbinibus fortuitis aduer/
ſus omnem dolorem ꝛ miſercu/
lam. i. miſeriam: vniformi dura/
uere propoſito. Et Sen̄ de tran/
quilitate ai dicit ꝙ fortuna apud
Diogenem nihil ſuũ habebat.

℄ Capitulum nonum. De ei⁹ cõ
tinentia in edomatione interioꝝ
concupiſcentiarum.

Teꝫ fuit i edomatiõe cõ
cupiſcentiarũ ꝛ paſſionũ
modeſtus: ꝛ ſui modifi/
catiuus: ac libidinũ exteriorũ co
hibitiu⁹. Unde in collationib⁹ pa
trum: collatione Thelemõis mo
nachi dr. ꝙ cũ Diogené qdã in/
tuens diceret: Oculi corruptoris
puerorum: in quem cũ eius diſci
puli irruere vellent ait: Quieſcite
o ſodales. ſum etenim. ſ. talis: ſed
contineo me. Quaſi dicat. Pro
nus ſum ad libidines: ſed me co
hibeo. ſicut poterat fieri ſine gra/
Z tia docet omnia que nequitiam perimūt: ⁊ que operantur vtilia. Non predicat virtutem: ſed ma gis exercet: nihilo appendēs hu manaꝫ gloriam: viriliter reſiſtēs paſſionibus anime: neqꝫ nature neceſſitatibꝰ ſe ſubdit: nec corpo ris infirmitati ſuccumbit: diuine mentis virtutem habens: ſemꝑ contemplatur omnium creatorē Sequitur. Patientiaꝫ ⁊ v̾tutes alias meditatur: ⁊ q̄ꝫtum nature humane poſſibile eſt: deo vicina eſt: velut in tranſitu vtens preſē tibus. Et poſt. Cum ſit rationa lis: omnem motum irrationaleꝫ fugit: paſſiōes anime ⁊ corporis deuincit. Huius aūt elegantiſſi me philoſophie magiſtri fuerūt
A Helyas ⁊ Joannes baptiſta: vt quidā dicunt. Philo enim picta goricus refert: ſuis temporibus vndiqꝫ egregios hebreorum in quodaꝫ predio circa ſtagnū mo rion in colle poſituꝫ philoſophā tes: habitaculuꝫ eorum ⁊ cibos ⁊ conuerſationem talem inducit qualem ⁊ nunc apud egyptiorūꝫ monachos eſſe cōſpicimꝰ. Scri bit eniꝫ: eos ꝯctis abrenunciaſſe permixtionibus ex̄ muros habi tare in agris: domos eorum eſſe ſacraria: que nūc monaſteria nū cupant diligēter pſalmis ⁊ hym
B nis plicare diuinitatem: ⁊ añ ſo lis occaſum non guſtare cibum. Alios per tres dies ⁊ ampliꝰ ce teriſqꝫ diebꝰ: vino ſemper: ⁊ ſan guinem habentibus abſtinere: Cibuꝫ eis eſſe panis ⁊ ſalis: ⁊ yſo pi: ⁊ potū aque. ac multas eis co habitare ſeniores virgines ꝓpter amorem philoſophie. Hec ibi. Ubi ⁊ multa alia egregia narran tur: ⁊ ſpecialiter de magno Anto nio. Que quia exemplaria ſunt volentibꝰ philoſophari dicta phi loſophia celica quedam ſubſcri bantur. Ait enim ibi: qꝫ beatus
C Antonius puer relictus orpha nus donauit agros conuicaneis aliāqꝫ ſubſtantiā diſtrahens: pre cium pauperibus erogauit. Stu dioſi eſtimans philoſophi: nō ſo lum ſemetipſuꝫ ſpoliari pecunia: ſed eā diſpēſare perſpicue: iūctus viris v̾tutis. v̾tutes zelabat vni uerſorum: probans virtuteꝫ: ſua uem fieri conſuetudine: lꝫ primo fuerit difficilis modus: ⁊ tāqꝫ ſē per incipiens aliquid innouabat Erat eſca eius ſolus panis ⁊ po tus aqua: prandij tempꝰ ſolis oc
D caſus. Freq̄nter duos dies ⁊ am plius ſine cibo manebat Uigila bat vt ita dicam iugi nocte: ⁊ ora tionibus coniungebat diem. Si ſomnus incomberet: ſtando pau lulum dormitabat. Plerūqꝫ pa uimento iacens: ſolā terrā ſtratū refectionis habebat. Sequit. Fu it gratus colloquentibus ſecū ſi ne vlla triſticia. Et lꝫ qui cum eo



diſputarent certatiue. queſtiones inferrent: ſedabat contentionem ſtrepitum temperabat: mores q̄ ſi quadam regula componebat. Ueram beatitudinem in cultura dei: ⁊ legum eius obſeruatiōe di cebat. Seipſum diſcutere. ⁊ ſecū ponere rationem eorum que geſ ſerat die noctuqꝫ ſolebat. Erat la borioſus: ⁊ maxime pro ſolatijs oppreſſorum. quorum gratia: ſe pe veniebat ad ciuitates. Pluri mi: vi compellente cogebant: euꝫ
E legationibus fungi apud iudices ⁊ magiſtratus: quoruꝫ ſinguli vel videre eum: nimis egregium de ſiderabant loquentemqꝫ audire: ⁊ precipienti parere erat glorioſū Qui cum talis eſſet: ſtudebat tm̄ ignorari ⁊ latere per heremū. Si neceſſitate faciente veniſſet ad ci uitates: diſpoſito negotio: ad de ſertum continuo reuertebat. Pi ſces dicebat per humectam ſub ſtantiam nutriri: monachis orna
F tum fore ſolitariam vitam. Et ſicꝫ illi: terre tactu tabeſcunt: ſic glīa monachorum ad vrbes accedē do fedatur. hec ibi. Ubi ⁊ multa egregia dicuntur de ipſo ⁊ diſci pulis eius: ſicut de Paulo ſim plici. ⁊ Theodoro: ⁊ Amone egy ptio. Diſcipulorum eniꝫ Antonij ſtudium fuit: vitam habere: vt di cit ibi. Similiter: de philoſophia virtuoſa predictorū narrat Phi lo predictus: ſicut recitatur eccle ſiaſtice hyſtorie li. i. c. vij. Philo inquit. ꝺ abſtinentibus apud egy ptū in libro quem de theorica vi ta ītitulauit viros cultores: ⁊ cul trices feminas appellauit: hac de
G cauſa: qꝛ venientiuꝫ ad ſeaias tā qꝫ rudes ⁊ agreſtes excollerent: vel qꝛ erga dei cultum: pura ⁊ in tegra conſcientia ꝑduraret. Pri mo enim facultatibus omnibus renuntiabant deinde omnes vi te eius ſollicitudines abiciebant: ⁊ extra vrbeꝫ egreſſi: in hortulis: vel quibuſqꝫ agellis degebāt. In multis inquit orbis partibus eſt hoc genꝰ hominū: ſed in egypto ſ. maior copia: precipue circa Ale xandriam. Regio enim eſt: phie magis qꝫ fructibꝰ opportūa. Se quit. Ab ortu diei vſqꝫ ad veſpe ram omne eis ſpaciuꝫ in ſtudio
H rum exercitijs ducitur: quibꝰ ad phiam diuinam per ſacras līas imbuunt. Continentiaꝫ velut fū damentum quoddam in animo collocant: ⁊ ita demum reliquas ſuper hāc virtutes peragunt edi ficare. Cibū potumqꝫ nullus eo rum capit ante ſolis occaſuꝫ: tem pus. ſ. lucis cum philoſophie ſtu dijs curam v̾o corporis: cum no cte ſociantes. hec ibi. Ubi ⁊ mul ta alia de predictis. ¶ Similiter li. xi. c. iiij. narrat de ſic phantibꝰ. ſ. de Macario ⁊ alijs. ¶ Simi liter Johannes Caſſianꝰ in col lationibus ſuis narrat de conſi milibus. In quarum prima ꝑ ſequitur de habitu monachali:

li. In ſecunda. de modo canoni
I co nocturnarum horarū in pſal
modia. In tertia: de modo cano
nico diurnarum orationum. In
quarta. de inſtitutis renuntiatio-
num. In quibꝰ collationibꝰ ⁊ cō
ſequentibꝰ recitat de ſapi. ali' phi-
loſophia ſanctorum patrum. Si
militer in tractatu .x. collationuꝫ.
in quarū q̄rta dr: ꝙ maxima ps
intelligentie eſt ſcire qđ neſcias.
Similiter in tractatu .vij. collatio
nuꝫ in quaruꝫ ſeptima dr. ꝙ qꝫ
qs hominū: artis peritiam aſſeq
concupiſcit: niſi omni cura ⁊ vigi
lia: eiꝰ ſe diſcipline ſtudijs man-
cipauerit: ac perfectorum magi-
ſtrorum illius precepta ⁊ inſtitu-
ta ſeruauerit: fruſtra in omnibus
K venit. Nouimꝰ inquit ad hec lo-
ca veniſſe aliquos: cognoſcendi
tm̄ gratia monaſteria fratrū. nō
vt has regulas ⁊ inſtituta ſuſcipe
rent. Quibus exprobrari ſolet: ꝙ
nō ſui profectus gratia: ſed vitā-
de egeſtatis eſtimari ſunt prouin
cias comeaſſe: cum nec ieiunioꝝ
morem: nec pſalmorum ordinē:
nec indumentorum habitū per-
mutarent. hec ibi. ¶ Huius autē
ſapientie virtuoſe alphabetum: ⁊
etiam fundamentuꝫ eſt humili-
tas. Unde in vitis patrum. li. ij. c.
de humilitate: ait abbas Arſeniꝰ
cuꝫ ab eo quereret frater: quomo
do ruſticum iſtum de cogitatio-
nibus interrogas: qui tante eru-
ditionis in latina ⁊ greca lingua
es? Cui ille. Illas eruditiones ap L
prehendi. ſed alphabetuꝫ huius
rundum diſcere potui. Uere eni
vbi humilitas ibi ſapiētia. puer.
x. contemplatio domini Jeſu ⁊
ſpeculationis limpitudo. In ipſo
enim ſunt omnes theſauri ſapiē-
tie ⁊ ſcientie abſcōditi. Col. ij. Et
ipſe ē fons omnis ſapientie. Ecc.
i. Fons ſapientie verbum dei i ex
celſis. Ipſum ergo contemplari
⁊ de ipſo meditari: ad eū aſpirare
⁊ anhelare eſt ſapientia ſanctorū
contemplatiuoꝝ: ⁊ ſicut ait Ber.
ſuper Cant. Omel. xliij. ſup illō
Faſciculus mirre dilectus meus
Hec mea inquit ſubtilior interi-
orq; philoſophia ſcire Jeſuꝫ. Et
Omel. ix. Origo fontiuꝫ ⁊ flumi M
nuꝫ mare eſt: virtutum ⁊ ſcientia
rum dominꝰ Jeſus: deus ſcien-
tiarum ipſe eſt. Si quis callet in
genio: nitet eloquio: ſi quis mori
bus placet: inde eſt. Theſauri eni
ſapientie ibi abſconditi ſūt. Et ibi
bene de hoc. Et Omel. xv. Oleū
effuſum nomen tuum. Si ſcribā
non ſapit mihi niſi legero ibi Je-
ſum. Si diſputem aut conferam
nō ſapit mihi: niſi ſonuerit ibi Je
ſus. Et ibi bene De hac ſapientia
⁊ philoſophia gloriabat Apo. i.
cor. ij. Nihil inquit iudicaui me
ſcire inter vos: niſi xp̄m Jeſum
⁊ hunc crucifixum. Hec autem
ſapientia abſcondita eſt ab ocu-
lis viuētiū carnaliter: Job. xxiiij.
Ubi inuenitur. ſapiētia: ⁊ quis eſt



locus intelligentie? Abſcōdita
eſt ab oculis omnium viuentiuꝫ
N Ubi Grego. mor. xviij. Quiſqs
ſapientiam q̄ deus eſt videt. huic
vite funditꝰ moritur: ne eiꝰ amo
re teneat. Nullus quippe eam vi
det qui carnaliter viuit. Exodi.
xxxiij. Non videbit me homo ⁊
viuet. Et ibi bene de hoc. Ma-
gna ergo ⁊ mira ſapientia ⁊ phi-
loſophia ſanctorum dictis modis.

¶ Capl'm ſextum. Qualis eſt ſa
pientia ſanctorum.

e St enim ipſa ſanctoruꝫ
ſapientia origine celeſtis
ſiue celica. Et eſt multi-
formitate varia. Jacobi. iij. Que
deſurſum eſt ſapiētia: quo ad pri
mum pudica pacifica. quo ad ſe
cundum. Ipſa eni eſt que deſcen
dit a fonte vite. ſ. Jeſu xp̄i qui eſt
fons vite. ⁊ magiſter vite ⁊ virtu
tis: Imo ipſa vita ⁊ veritas. ego
inquit ſapientia. ſ. increata effudi
flumina. i. dictarum ſapientiaruꝫ
fluenta. Ecc. xxiiij. Ut enim dicit
Cōmentator. ſ. abba ſuper ange
O licaꝫ Hierar. c. i. Sapientia gen
tilium aſcendit de ſenſu in yma-
ginem: de ymagine in rationem:
de rōne in intelligentiam: nec vl
tra progreditur: ſed in ſpeculo ſi-
ſtit. Sed iſta dſcendit in ſeraph
mētes: ⁊ deinde ad inferiores de
riuatur. Et de hoc Greg. ij. Pa
ſtoralis: dictam auctoritatē expo
nens: dicit ꝙ pudica eſt iſta ſapi-
entia: q2 caſte intelligit: pacifica:
q2 per elationem minime a pro-
ximorū ſocietate diſiungit: ⁊ ſic d
alijs. Uel pudica eſt per ſpiritum
ſapientie: pacifica per ſpiritū in-
tellectus: ⁊ ſic de alijs ſpiritus dif
ferentiis: de quibus Iſai. xi. Red
dēdo ſingula ſingulis: In illa eiꝫ
eſt ſpiritus intellectus vnitus ⁊
multiplex. Sap. vij. Item hec ſa P
pientia eſt poteſtate virtuoſa. Sa
pientia enim confortat ſapienteꝫ
ſuper decem principes ciuitatis.
Ecc. vij. Et hoc ideo: q2 coniun-
git hominem deo: ⁊ firmat in deo
Mat. vij. Similabo eū viro ſa-
pienti ⁊c. Item hec ſapientia eſt
exceſſu eminentiſſima. effectu
ſaluberrima: ⁊ vtiliſſima tum in
preſenti: tū q2 concupiſcentia ſa-
pientie perducit ad regnū. Sap.
vi. Job. xxvi. Non appendet argē
tum in comparatione illius. i. ſa-
pientie ſanctorum: prout dicit ibi
Greg. mor. xviij. Et de huiꝰ cō-
mendatione ⁊ effectibꝰ Salomō
in libris ſuis quaſi per totum. p
uer. iij. Precioſior eſt cūctis opi
bus. Sap. vij. Nec comparari il
li lapidem precioſū: quoniā om-
ne aurum ⁊c.

¶ Capitulum ſeptimum. Ubi ⁊
a quibus hec ſapientia inuenitur

v Bi autez inuenitur hec
ſapientia: ⁊ a quibꝰ ⁊ q̄-
liter. Job. xxviij. Neſcit
homo preciuꝫ eius. Sequit. Nō
inuenitur in terra ſuauiter viuen
tium. Abiſſus dicit. Nō eſt i me

⁊ mare loquit̃: non eſt mecum.
Quod exponit Greg.mor.xviij.
de ſuperbis ⁊ cupidis: a quibus
hec ſapientia abſcondit̃: Math.
xi. Abſcondiſti hec a ſapiētibus:
⁊ prudentibus ⁊c. Inuenit̃ autē
ab animabus ſanctitate puris ⁊
mundis: ⁊ ſic ſub deo ordinatis.
In animas enim ſanctas ſe trāſ/
fert. Sap.vij. Ecc.ij. Fili concu/
piſcens ſapientiam: ſerua iuſtitiā
⁊ deus prebebit illam tibi. ¶ Itē
inuenitur ab animabus eleuatis
a mundi tumultibus ⁊ ſollicitu/
dinibus Ecc.xxxviij. Sapientiā
ſcribe tempore vacuitatis: ⁊ qui/
minorabitur actu ſapientiam per
cipiet qꝛ reuelabitur ſapiē. ¶ Itē
inuenitur ab animabuſ humilita
te virtuoſis. Talibus enim reue/
lat deus ſapientiā ſuam. Ubi enim
humilitas: ibi ſapientia. puer.xi.
¶ Item inenitur ab animabus
deuotione feruidis: ⁊ contempla
tione eleuatis. Sap.vij. Optaui
⁊ dat' ē mihi ſenſus: inuocaui ⁊
venit in me ſpirit' ſapientie. Pa
tet ergo huius ſapientie inexplica
bilis eminentia. Unde ⁊ omnia
que dicta ſunt in precedēti tracta
tu ad cōmendationem philoſo/
phie humane: per prius ⁊ verius
competūt huic vere ſapiētie: Idō
hec ad preſens de eius cōmēda/
tione ſufficiant.

¶ Capitulum octauum. De ſu/
pereminentia ſanctorum ſapien/
tum reſpectu mundanorū in vi
ta ⁊ operibus.

D E eminentia vō ſapien/
tum: hac ſaluifica ſapiē/
tia predictorum planum
eſt. Ipſi enim ſunt veri philoſo/
phi .i. amatores vere ſapiētie. Si R
enim philoſophus eſt cognitor:
amator: ⁊ imitator dei ſm Pla/
tonem: prout ait Aug.viij. de ci.
c.iiij. Cum predicti ſapientes ſint
tales in rei veritate: ipſi ſunt phī
excellentiores incomparabiliter
omnibus phīs mundanis. De q̄
rum excellētia legitur in vitis pa/
trum. lib.ij. Ubi de patientia ſan
ctorum. vbi dr̃ q̄ phī venerunt
probare monachos: ⁊ vnus mo
nachus bene indut' venit. Cui
philoſophi. Ueni huc. At ille in/
dignatus iniurijs eos agreſſus ē
tranſijt autem alius monachus
genere ruſticus. Cui dicunt. Tu
monache male ſenex veni huc.
Qui curſim venit. Et ceperunt:
illi alapas dare. Ille vō aliaꝫ ma
xillaꝫ prebuit. At illi adorauerūt
eum dicentes: monachus eſt iſte
Et interrogauerunt. Quid vos
nobis plus facitis? Uos ieiunat̃:
corpora caſtigatis. Sic ⁊ nos. At
ille. Nos in gratia dei ſperamus
⁊ mentem noſtram cuſtodimus S
Et illi. Hec nos cuſtodir̃ nō poſ
ſumus. Euidenter ergo patet ſu/
pereminentia perfectionis philo
ſophorum fideliuꝫ ⁊ diuinorum
reſpectu mūdanorum. qꝛ ipſi cu
ſtodiunt mentem ab interiorib'



deordinationibus: necnon ⁊ exte
riorem hominem ab exteriorib'
prauitatibus ex vera credulitate
in verum ſaluatorem ob ſpem vi
te eterne. Philoſophi vō ⁊ ſi ex
terius continuerunt ſe ab exterio
ribus imperfectionibus: non ta/
men interius ex fide purificāte:
nec ob ſpem vite eterne. Et dē ex
ceſſu iſtorum verorum phōrum
reſpectu aliorū Tertulius diſpu/
tans contra aduerſarium. c.xl. ⁊
poſt multum: vbi ait .ſ. aduerſari
T us. Eadem phī monent ⁊ profi/
tentur .ſ. innocentiam: iuſtitiā: pa
tientiam: ſobrietatem: pudicitiaꝫ
ſicut .ſ. xp̄iani. Sequit̃. Quo er/
go xp̄iani excellunt philoſophos
Inimice ait Tertulius. philoſo/
phi affectant veritatem: ⁊ affectā
do corrumpunt: qꝛ gloriā captant.
Xp̄iani vō ⁊ appetūt ⁊ integre ꝑ
ſtant: ⁊ ſaluti ſue curāt. Idō ne/
qꝫ de ſcientia. neqꝫ de diſciplina
vt putas equamur. Loquit̃ enim
ad aduerſarium. Et ideꝫ. Nomē
philoſophorum demonia nō fu
gat. nec adducunt̃ ad paſſiōes ſa
crificare nolentes ſicut chriſtiani.
Si de pudicitia prouocemur: ſi/
militer patet exceſſus. Quia lego
partem ſnie Attice in Socratem
corruptorem adoleſcentū. Sexū
femineum non mutat xp̄ianus.
Noui ⁊ Phicenez meretricem
Diogenis ſupra recombentis ar
dorem ſubſtātem: Audio ⁊ quē/
dam Spegippum de Platonis
ſcola i adulterio periſſe. Chriſtia
nus vxori ſue ſoli maſculus naſci
tur. Democritus excecādo ſe: qꝛ
mulieres ſine concupiſcentia aſ/
picere non poſſet. ⁊ doleret ſi nō
eſſet potitus: incontinentie emen
dationem profitetur. At xp̄ianus
ſaluis oculis feminas non videt
animo aduerſus libidinem cec'
eſt. Si de probitate defendaꝫ: ec/
ce lutulentis pedibus Diogenes
ſuperbos Platonis thoros alia V
ſuperbia deculcat. Chriſtian' nec
in pauperem ſuperbit. Si de mo
deſtia certem: ecce Pictagoras
apud Tyrios: zenon apud prien
nenſes tyrānideꝫ affectant: Chri
ſtianus vō nec ciuilitatem. Si dē
equanimitate congrediar: Ligur
gus Apetarones inoptauit: q̄ le
ges ei' latrōes emēdaſſent. xp̄ia
nus etiam dānatus gratias agit.
Si de fide comparem, Anaxago
ras depoſitum hoſpitibus dene/
gauit: Chriſtianus etiam extrane
is fidelis dicit̃. Si dē ſimplicitate
conſiſtā: Ariſtoteles familiarem
ſuū hermiam turpiter loco exci/
dere fecit. Chriſtianus nec inimi
cum etiam ledit: Idem Ariſtote
les tam turpiter eſt Alexādro re
gendo potius adulatus: q̄ꝫ Pla
to auruꝫ Dioniſio gratia vendi
catur, hec ibi. Et ſic de alijs quos
ibi enumerat. Ex dictis igitur ma
niſeſtare intendit ſupereminenti
am fidelium perfecte in chriſto
credentium reſpectu phōrum gen

ſiſum. Deinde opponit ibi: ꝙ diceret aliquis: etiam ex noſtris excidere quoſdam: a regula diſciplie .ſ. peccare: ⁊ mala facere. At qđ bene ſoluit. ꝙ tales .ſ. male facientes dſinunt inde heri chriſtiani apud nos. Philoſophi vero etiam cum talibus factis in nomine ⁊ honore ſapiẽtie perſeuerant. Quaſi dicat. Chriſtiani peccantes manent inhonorati: ꝗ̃diu tales. Sed dicti philoſophi manentes in ſuis maleficijs honorant ⁊ ſunt in honore ſuo. ⁊ ibi bñ de hoc ¶ Qualiter autem perfectiones que fuerunt in philoſophis vmbratice .ſ. vitiorũ deteſtatio: mundi contemptus ⁊ deſpectio paſſionum interiorum edomatio: ⁊ ſic de aliis que ſunt enumerata in pcedẽti tractatu fuerunt ⁊ ſunt in phis xpianis ſʒ veritatem ſatis patet ex dictis. Iſti enim fuerunt ⁊ ſũt pleni ſpiritu ſancto qui diſcipline effugit fictum. ſap. i. Et de cõparatione philoſophorũ mundanorum reſpectu diuinorum: ⁊ de exceſſu iſtorum reſpectu illorũ: bene Aug. xviij. de ciui. c. xl. Ubi ait ꝙ Anaxagoras reus factus ſit: qa ſolem dixit lapidem ardentẽ: negans vtiqʒ deum: In eadem ciuitate Epycurus floruit. non credens ſolem eſſe deum: ſed nec ẽt Iouem. Ibi Ariſtipus in voluptate corporis ſũmum bonũ ponens: Ibi Antiſtenes vtute animi potius hoĩem beatũ fieri aſſeuerans: ⁊ ſimiliter de alijs phis varia opinantibus de quibus loquitur ibi. At illa ciuitas: illa reſpublica: illi iſraelite quibus credita ſunt eloquia dei: nullo modo pſeudo philoſophos cum veris phis parilitate lumine confuderunt. Sequitur. Ipſi eis erant philoſophi .i. amatores ſapientie: ipſi ſapiẽtes: ipſi theologi: ipſi doctores pbitatis ac pietatis. Quicunqʒ ſm illos ſapuit: ⁊ vixit: nõ ſm homines ſed ſm deum qui per eos locutus eſt ſapuit. Ibi. Si prohibitum eſt ſacrilegium. deus prohibuit. Si dictũ eſt. Honora patrem tuum ⁊c. Deus iuſſit: ⁊ cetera huiuſmodi. Non enim hec ora humana: ſed oracula diuina fuderunt. hec ibi. Ex quibus manifeſta eſt excellentia philoſophorũ diuinorum reſpectu mundanorum: ⁊ ſimiliter eminentia ſue ſapientie: qꝛ diuina phia eſt reſpcũ ſapientie: illorum autem: humana eſt. Diabolica ergo ſapientia ⁊ terrena ⁊ aialis ſunt exterminande: humana eſt ordinanda ⁊ dirigenda: diuinã appetenda ⁊ acquirenda: que amicos dei ⁊ philoſophos conſtituit: Sapientie. vij. Et hec ad preſens de iſtis ſufficiant.

¶ Explicit tractatus de ſapiẽtia Sanctorum

¶ Incipit Breuiloquiuʒ de virtutibus antiquorum principum ⁊ philoſophorum editũ a Fratre Ioanne valenſi: ordinis fratrum Minorum.



Prologus.

Q Uoniam miſericordia ⁊ veritas cuſtodiunt regẽ. prouer. xx. Imo quattuor vtutes Cardinales ſcilʒ Prudentia: Temperãtia: Fortitudo: ⁊ Iuſtitia ſũt quaſi quattuor colũne: ſiue quattuor poſtes: quibus predict⁹ thronus roboratur: ideo de predictis virtutibus aliq̃ narrationes exẽplares ⁊ perſuaſorie ad vtilitatẽ preſidentium ⁊ inſtructionẽ in thronis reſidentium ſubſcribant: prout continent in geſtis potentum: ſiue ſapientum: ⁊ mundi philoſophorum: Nam exempla ſanctorum ſufficienter patent in geſtis eorum: ⁊ hyſtorijs ſacrarum ſcripturarum.

¶ Capitulum primum. De iuſtitia in poſſidendo.

Q Uoniã aũt iuſtitia eſt virtutum preclariſſima: ⁊ in ipſa eſt oĩs virtus: prout dicit philoſophus: Ethi. v. Propter quod dixerunt philoſophi ipſam iuſtitiam habere vultum aureum: vt ait ibi Cõmentator: ideo prio premittunt exemplares narrationes de iuſtitia regum ⁊ ſapientũ: Remota enim iuſtitia quid ſunt regna niſi magna latrocinia? ⁊ latrocinia ſunt parua regna. ait Auguſt. iiij. de ci. c. iiij. Introducẽs exẽplum de Alexandro ⁊ Pirrata: de quo exemplo planius ⁊ plenius narrat. li. iij. de nugis philoſophorum: vbi dicit ꝙ cum Pirrata eſſet deprehenſus: ⁊ Alexãder interrogaret: propter quod haberet mare infeſtũ: rñdit libera contumatia. Propter quod tu orbẽ terrarum. Sed quia id ego facio vno nauigio: latro vocor: quia tu magna claſſe facis: diceris imperator. Si ſolus captus ſit Alexã. latro erit: Si ad nutũ Dionidis: populi famulentur: erit Dionides Imperator. Uocabatur enim Pirrata Dionides. Nam quantum ad cãm non differunt: niſi qꝛ deterior eſt qui rapit improbius: ꝙ qui iuſtitiam abiectius deſerit: qꝛ manifeſti⁹ impugnat. Legeſq̃s ego fugio: tu pſequeris: Ego eas vtrunqʒ veneror: tu contemnis. Me fortune iniquitas ⁊ rei familiaris anguſtia: Te faſtus intollerabilis ⁊ inexplebilis cupiditas furem facit. Si fortuna manſueſceret: fierem forte melior. At tu q̃ fortunatior: nequior eris. Miratus Alexander conſtantiam hominis eum merito arguentis: experiar (inquit) an futurus ſis melior. Fortunam mutabo: vt non ei amplius quod deliq̃ris: ſed tuis moribus aſcribatur. Eumqʒ fecit militie aſcribi: vt poſſet exinde ſaluis legibus militare. Ex quo patet ꝙ iuſtitia debet eſſe regum in poſſi-

dendo. Item debet eſſe in eis pa
tientia in ſuſtinendo iuſtas incre
D pationes. Item beniuolentia be
nefaciendo eis qui iuſte arguunt.
Capitulum ſecundum. De iu
ſtitia in ſtatuendo leges iuſtas.

Tem debet eſſe iuſtitia i
I regnantibꝰ: iuſtas leges
ſtatuendo: vt obſeruen
tur diligens ſtudiū iugiter labo
rando. Unde narrat Trogꝰ Po
peius libro .iij. de Ligurgo ꝙ cū
ſtatuiſſet mandata ꝛ leges: q̄ du
ra Lacedemonijs videbant: au
ctorem earum Apollinem Del
phicum finxit: ꝛ ſe ſimulans pro
ficiſci ad oraculum Delphicum:
E obligauit iuramento ciuitatē: vt
nihil in legibus illis mutaret an
ꝙ ipſe reuerteretur. Quo facto:
iuit ad Cretam: ibiq̄ perpetuū
elegit exiliū: vt dicte leges obſer
uarentur. Moriēs vero: oſſa ſua
abici in mare pcepit: ne ſi repor
tarentur: ciues ſoluerent iuramē
tum: eſtimantes ſe ab illo ſolutos.
Et nota: ꝙ Delos eſt inſula: vbi
erat templum Apollinis: ꝛ locus
diuinationis: prout dicit comen
tator. eth. i. Unde dicitur Apollo
Delphicus. Et q̄ dicte leges erāt
honeſte: ideo hic ſubſcribantur.
Prima lege populum in ob
ſequium principū: ꝛ principes
ad eorum iuſtitiā informauit.
Secunda lege parſimoniam
omnibus iuſſit eſtimās laborem
rem militie aſſidua frugalitas
conſuetudine faciliorem fore.
Tertia lege: emi ſingula non
pecunia: ſed mertium compē
ſatione iuſſit.
Quarta lege: auri vſum velut
omnium ſcelerum materiā ſu
ſtulit.
Quinta lege: adminiſtratio
F nem reipublice per ordinem
diuiſit. Regibus poteſtatē bel
lorum: magiſtratibus iuditia:
ꝛ annuas ſanctiones. Sena
tui cuſtodiam legum. Populo
eligendi ꝛ creandi quos vellit
magiſtratus permiſit.
Sexta lege: omnes fundos in
ter oēs equaliter diuiſit: vt eq̄
patrimōia neminem alijs po
tentiorem redderent.
Septima lege: conuiuari om
nes publice iuſſit: ne cuiuſq̄
delitie vel luxurie in occulto
eſſent.
Octaua lege: iuuenibꝰ nō am
pliꝰ vna veſte in toto anno vti
permiſit.
Nona lege: pueros puberes
nō in forum ſed in agrum de
duci iubet: vt primos ānos nō
in luxu ſed in opere agerent.
Decima lege ſtatuit: virgines
nubere ſine dote.
Undecima lege iuſſit: vt vxo
res legerentur non pecunia.
Duodecima lege: maximum
honorem non diuitum vel po
tentum: ſed pro gradu etatis ſe
num eſſe voluit. Nihil autem
vlla dictar



um legū in alios ipſe
ſanciuit: cuius ipſe primus docu
mentum non daret.

Capitulum tertium. De obſer
uatione legum.

N antiquis etiā regibꝰ
I fuit mira ſeueritas iuſti
tie pro legibus cuſtodie
dis ait. Ual. libro .iij. di. ꝙ zeleu
cus: vrbe Lucretium ab eo ſalu
berrime legibꝰ munita: inter q̄s
erat ius a ſe ſtatutum: ꝙ depre
henſus crimine adulterij: vtroq̄
oculo priuaretur. At vero: cum eiꝰ
filius eſſet in tali crimine depre
henſus: cū tota ciuitas in hono
rem patris: neceſſitatē pene ado
leſcentulo remitteret: aliquādiu
repugnauit. Ad vltimum: popu
li precibus victus: ſuo prius: de
H inde filij oculo eruto: vſum vidē
di vtriq̄ reliquit. Debitū ſuppli
cij modū legi reddidit eq̄tati: ad
mirabili tempamēto ſe inter miſe
ricordē patrē: ꝛ iuſtū legiſlatorē
ptitꝰ. Ibidē narrat d karūdo.
ꝙ cum lege cauerat ob ſeditioſas
conciones ciuium: ꝙ ſi quis cō
cionem intraret cū ferro: inter
ficeretur: ꝛ ipſe interiecto tempo
re e longinquo rure domū repe
tens gladio cinctus: ſubito in ip
ſam concionem ſicut erat cinctꝰ
I proceſſit. Et cum eſſet admonitꝰ
de ſolutione legum ab eo qui ſi
bi proxime ſtabat: ego inquit le
gem reſarciam. Et protinus eo q̄d
habebat ferro diſtricto incubuit.
Cum enim liceret: culpā vel diſſi
mulare vel errore deffendere: pe
nā tamen rependere maluit: ne
qua fraus iuſtitie fieret. E cō
trario vero: multi potentes nō ob
ſeruant leges: quas cogunt ſubdi
tos obſeruare. Ideo ait Ual. lib.
vi. ꝙ ſubtiliter Anaparſus leges
non cuſtoditas telis aranearum
comparauit. Nam vt illis infir
miora animalia retineri: valen
tiora tranſmitti: ſic his humiles
ꝛ pauperes cōſtringi: diuites vo
K ꝛ potētes nō alligari aiebat. Pro
pterea voluerunt antiqui: leges
ſuas eſſe iuſtas. Fuit enim genera
le edictum apud antiquos: nihil
expedire quod non eēt iuſtū. vn̄
narrat Uale. eodem libro: ꝙ cū
Themiſtocles diceret Athenien
ſibus: ſe ſcire ſaluberrimum eis
conſiliū. ſ. ꝙ incenderent claſſē
Lacedemoniorū: neq̄ conſiliū
publicare voluit: ſed petijt vnū
ſapientem cui illud tacite expone
ret. Cui datus ē Ariſtides. Quo
L audiente conſilium: rediit ad cō
cionē dicens: Themiſtoclis vti
le cōſilium: minime tamen iuſtū
animo voluere. At vniuerſa con
cio quod equū non eſt: nec vtile
vel expedire proclamauit. Et ſic
edicto ciuiū ablata eſt prudētie
iuſtitia: imo nō ē prudentia: ſ; po
tiꝰ calliditas: cui iuſtitia aduerſat.
Capitulum quartum. De pro
uidentia circa rempublicam.

A Deo enim iuſtitia viguit
apud illos: q de republi-
ca ſaluanda: eis erat om-
nimoda cura. Tullius vtilitatem
vite ppꝛie pꝛeponebant: ait Aug.
i. de ci. c. xv. ꝛ Tul. de offi. li. pꝛio
ꝛ. iij. dicit: q cũ eſſet Marc9 re-
gulus ductus captiuus a Cartha-
M ginenſibus: ꝛ miſſus Romã ſub
iuramẽto redeũdi p ꝯmutatiõe
captiuoꝛum: ille Romaʒ veniẽs:
in ſenatũ: captiuos reddi aut cõ-
mutari negauit eſſe vtile: eo q il-
li eſſent adoleſcentes ꝛ boni du-
ces: ꝛ ipſe ſenectute confectus eſſet
cum retineretur a pꝛopinquis et
amicis: redire maluit q̃ fidẽ ho-
ſti datam fallere. Et tamen non
ignoꝛabat: ſe ad crudeliſſimũ ho-
ſtem: ꝛ ad exquiſita ſupplicia p-
ficiſci: ſed iuſiurandum ſeruãduʒ
oĩo putauit. ¶ Cõſimile narrat
Augu. xviij. de ci. c. xvij. ꝛ Tuli9
de ſenec. de Codro rege Atheni-
enſi. Cũ eniʒ inſtaret bellũ inter
Athenieñ: ꝛ Peloponeñ: acce-
perant in reſponſis: q illi eẽnt fu-
turi victoꝛes quoꝝ dux occidere-
N tur. Hoc audiẽs Codrus: in ha-
bitu pauperis trãſiuit ad hoſtes:
ſeq3 obiecit eis: necem per iurgi-
um puocãdo. De quo Virgili9.
Et iurgia codri. Maluit. n. mo-
ri: vt vinceret ſui: q̃ viuere: ſuis
ſuperatis. Duo enim ſunt pcepta
Platonis volentibus pꝛodeſſe
reipublice: ait. Tul. i. de offi. vnuʒ
vt ciuium vtilitatem ſic tueãtur

vt quecũq3 agunt ad eã referãt
obliti cõmodoꝝ ꝓpꝛioꝝ. Alteꝝ:
vt totum coꝛpus reipublice curẽt
ne dum ptem aliquam tuentur
O reliquas deſerãt. Et q2 antiq: hec
ꝛ ſimilia ſeruauerunt: iõ rempu-
blicam: magnam ex parua fece-
runt: ait Cato: cuius vba recitat
Augu. v. de ci. c. xiij. Nolite inq̃t
eſtimare: maioꝛes nr̃os armis
rempublicã: magnam ex parua fe-
ciſſe. Si ita eſſet: multo pulcher-
rimam nos haberem9. Quippe
ſocioꝛum atq3 ciuiũ: pꝛeterea ar-
moꝛum: ꝛ equoꝛuʒ maior copia
nobis q̃ illis. Sed alia ſunt que
illos magnos fecerunt: q̃ nobis
nulla ſunt. Domi induſtria: foꝛis P
iuſtũ imperiũ: animus in conſu-
lendo liber: neq3 delicto neq3 li-
bidini obnoxius. Pꝛo his nos
habem9 luxuriã ꝛ auaritiam: pu-
blice egeſtatẽ: priuatiʒ opulentiã.
Laudam9 diuitias: ſequimur in-
ertiam: inter bonos ꝛ malos di-
ſcrimen nullũ: oĩa virtutũ pmia
ambitio poſſidet. Sequit: vt era-
rium eſſet opulentũ: tenues res
priuate erant. Coꝛruptis autẽ mo-
ribus econuerſo Cato ponit: pu-
blice egeſtatem: priuatim opulẽtiã
vnde antiqui cõſules: pauperes
erant in rebus priuatis: ait Aug.
Q vbi. ſ. c. xviij. di. q Luci9 valeri-
us in ſuo ꝯſulatu adeo paup fuit:
vt defũcto nũmis a populo colle-
ctis ſepltura curaret. ¶ Conſile
narrat Vegetius. ij. de re militari.



de Athilio Regulo: q cũ pfuiſ-
ſet ſummis reb9 adeo paup fuit:
vt coniugẽ ꝛ liberos collocaret i
agello qui colebatur ab vno vil-
lico. Neq3. n. volebãt: ditioꝛes eẽ
in ſuis dignitatibus q̃ añ fuit ibi
Aug. De Quintio: q cũ q̃ttuoꝛ
iugera poſſideret: ꝛ ea manibus
ſuis excoleret: ab aratro eductus
eſt vt dictatoꝛ fieret: maioꝛ vtiq3
honoꝛe q̃ conſul: victiſq3 hoſti-
bus ingentem gloꝛiam conſecu-
tus: in eadem paupertate permã-
ſit. Cum enim rempublicam ha-
berent opulentiſſimam: in domi-
bus paupes erãt: ait ibi Aug. di.
q quidã qui fuerat bis conſul: ex
ſenatu pulſus eſt: eo q decẽ pon-
dera argenti in vaſis habere cõ-
R ſpectus eſt. Non enim dñari in-
tendebãt pp lucra: neq3 hoc fuit
apud eos ingenium: pꝛout rñdit
Curtius conſul: cũ Sãnites ma-
gnuʒ ſibi põdus auri attuliſſent.
Quibus ille ait: Non aurũ habe-
re: pclarũ ſibi videri: ſed eis qui
auꝝ habent potius dñari. ¶ Cõ-
ſimile narrat Vegeti9 li. iiij. de re
militari: q cũ legat9 Epirotharũ
Fabꝛitio cõſuli grande pondus
auri offerret: illo non accepto: di-
xit: ſe male illõ habẽtibus impe-
rare q̃ illud habere. Et ob hoc
S nolebant pꝛefici in dignitatibus
niſi poſſent reipublice pficere: ait
Vale. li. vi. de Scipiõe Coꝛnelio
Cui cũ hyſpania ſoꝛte veniſſet:
rñdit: ſe nolle ire adiecta cauſa:

q recta facere neſciret. ¶ Item
neq3 filios pfici patiebãtur niſi
poſſent pficere. vnde narrat he-
lynandus hyſtoꝛiographus put
ait Poli. lib. iiij. c. xiij. de Helyo
pertinace: q cũ ex ſenatoꝛe eſſet
creatus impatoꝛ: ꝛ obſecrante ſe-
T natu: vt filium ſuum Auguſtum
Ceſarem vocaret: rñdit: Suffi-
cere mihi debet: vt ego immerit9
regnauerim cum non mererer.
Pꝛimatus eniʒ nõ ſanguini de-
betur: ſed meritis: ꝛ inutiliter re-
gnat qui rex naſcitur nec meret.
pꝛoculdubio pentis affectum ex-
uunt qui paruulos ſuos impoꝛta-
bili molle ſuperiecta extinguunt.
Hoc enim eſt ſuffocare filios: nõ
pmouere. Alendi eniʒ pri9 ſunt:
ꝛ virtutibus exercendi: ꝛ cum i
eo pꝛofecerint: vt pꝛobentur: eos
antecedere virtute quos debent
honoꝛe pꝛeire: inuiti aſcendãt. Et
V tunc ciuium ſuoꝛum ſe nequaq̃
ſubtrahant votis. Implebãt. n.
enim Salomonis pꝛeceptũ. Ec-
cle. vij. Noli querere fieri iudex:
niſi virtute valeas dirũpe iniq-
tates. Sectantes enim auaritiaʒ
non pꝛeficiebãtur reipublice: ait
Val. li. vi. di. q cũ duo conſules
contẽderent in ſenatu: quis eoꝝ
in hyſpaniã mitteret: ait Scipio
Emilian9 oĩbus ſniam ei9 expe-
ctantib9: Neuter hoꝝ mihi pla-
cet: q2 alter nihil habet: alteri ni-
X hil ſatis eſt: eque mala licẽtie im-
perij magnam inopiam iudicãs

e auaritiam. ¶ Item eorum iuſtitie patebat circa rempublicã in tantum: ꝙ nec ſibi parcebãt ꝓ ſalute reipublice: prout pꝫ in dictis exemplis: neqꝫ eiꝫ pater parcebat filio: ait Uale. li. v. ⁊ Aug. v. de ci. c. xviij. de Bruto: qui filios ꝯprehenſos: ⁊ poſt ad pallũ ligatos ſecuri percuti fecit: quia dñationem Tarquinij regis ſuperbi a ſe expulſam reducere volebãt. Exuit patrem: vt ageret conſulẽ: orbatuſqꝫ viuere ꝗꝫ vidicte publice deeſſe maluit. De q̃ poeta: Natoſqꝫ pater noua bella mouentes Ad penam pulchra pro libertate vocauit. Uicit amor patrie: laudũqꝫ immenſa cupido. ¶ Conſimile narrat Aug. vbi. s. de Torquato: qui filium: non qꝛ ꝯ patriam: ſed etiam pro patria pugnauerat: qꝛ tñ ꝯ imperiũ eiꝰ licet viciſſet occidit: ne plus mali in exẽplo contempti imperij ꝗꝫ glorie eẽt hoſtis occiſi. Idẽ narrat Ualerius vbi. s. de Manlio Torquato. Cui cũ eẽt eiꝰ filius accuſatꝰ ⁊ ꝯuictꝰ: ꝓtulit ſniaꝫ. di. cuꝫ Silanũ filiũ meũ pecuniã a ſocijs accepiſſe ꝓbatũ ſit: eũ rep. ⁊ domo mea idignũ iudico. Qui ſic adiudicatꝰ: ꝓtriſtitia: ſuſpẽdio ſe pemit. ¶ Itẽ nec filiꝰ debet parcere patri agenti ꝯ rempublicam. Ait Tulius. iij. de offi. inquirens an ſi tradere patriaꝫ conetur pater: ſilebit ne filius. Et reſpõdet: ꝙ primo patrẽ obſecrabit ne hoc faciat: deinde ſi nihil proficit: accuſet: ⁊ ad extremum: ſi ad perniciem patrie rẽs ſpectat: ſaluteꝫ patrie: ſaluti patris anteponat. Nimirum: qꝛ vt ait ibi: Si duo ſapientes ſint ſuper vnam tabulã in mari: que non poſſet ſiſ vtrunqꝫ deferre: minus ſapiens debet cedere ſapientiori: eo ꝙ ille vtilior eſt reipublice.

A

¶ Capitulum quintum. De iuſtitia erga inimicos.

Non ſolum autem fuit euidens eorũ iuſtitia erga ſuos ⁊ rẽpublicã: ſꝫ ẽt erga hoſte: ait val. li. vi. de Camillo cõſule: ꝙ cũ Faliſcos circũſederet magiſter ludi: nobiliſſimos pueros eorum in caſtra Romanoꝝ perduxit. Quibus iterceptis: nõ eſſꝫ dubiũꝫ: quin illi ſe eſſent tradituri. Camillus vero non ſolum ſpreuit perfidiam: ſed cenſuit: vt pueri magiſtrum vinctum vergis agẽdũ ad parentes reducerent. Quia iuſtitia: eorum animi capti ⁊ beneficio magis ꝗꝫ armis victi: portas romãis apperuerunt. ¶ Ibidem ait: ꝙ Thimocrates pollicitus eſt: ſe Pirrum veneno necaturum. Que res: cuꝫ ad ſenatuꝫ eẽt delata: miſſis legatis: Pirruꝫ monuit: vt aduerſus inſidias huiuſmodi cautius ſe gereret. Malluit enim: bella non veneno: ſꝫ armis gerere. Nomẽ quoqꝫ Thimocratis ſuppreſſit: vtroqꝫ modo amplexus equitatem: qꝛ neqꝫ hoſtẽ malo exenplo tollere: nec eum qui mereri para

B



C

tus fuerat: ꝓdere voluit. ¶ Narrat tamen Amelius florus in hyſtoria Romanorum: ꝙ medicus Pirri nocte ad Fabricium venit ꝓmittens: ſe Pirrũ occiſuruꝫ veneno: ſi ſibi aliquid polliceret. Quem Fabritius vinctũ reduci iuſſit ad domũ ſuã: Pirroqꝫ dici: q̃d ꝯ eius caput medicus ſpopondiſſet. Nõ Pirrus admiratus dixiſſe fert: Ille ẽ Fabricꝰ: qui difficilius ab honeſtate: ꝗꝫ ſol a curſu ſuo auerti põt. ¶ Legit etiã de Alexandro: ꝙ cum fleuiſſet mortem Darij hoſtis eius: quẽ ſui letaliter vulnerauerant: vt ſibi placerent: volens ſcire q̃ hoc ſcelus cõmiſerant: iurauit ſe facturꝫ eos notiſſimos ⁊ ſublimes. Et tunc ꝓdiderunt ſe Berſas ⁊ Arbaſões facti huius auctores. Quos ſtatim in vindictam altiſſima trabe ſuſpẽdit. Et ſic ſublimes ⁊ notiſſimi ꝯctis fuerunt. ¶ Si ergo ignarri legis diuine tales erant in operibus iuſtitie amore patrie ⁊ cupidine tẽporalis glorie: quales eſſe debẽt illuminati fide: ordinati charitate: certi ſpe glorie pro republica xpiana in operibꝰ diuine iuſtitie. Sed qꝛ oẽs que ſua ſunt querunt: non que ieſu xpi: Phil. ij. Ideo pauci ſunt tales: ⁊ reſpublica deficit. Cum enim quilibet querit cõmodum ꝓprium ⁊ emolumẽtuꝫ: perit reſpublica: ait Tul. iij. de offi. qꝛ ſi vnuſqꝗꝫ rapit ad ſe cõmodum aliorum: ⁊ diſtrahit ꝗꝫ põt: emolumenti ſui gratia: ſocietas ⁊ cõitas hominum euertitur.

D

E

F

¶ Capitulum ſextum. De partibus iuſtitie.

Remiſſis exemplis de iuſtitia antiquorum in generali: patet iuſtitia eoꝝ in ſpeciali. ſ. q̃ntum ad partes iuſtitie. Diuiditur aũt iuſtitia in ſeueritatem ⁊ liberalitatem: prout dicitur in morali dogmate phoꝝ. Eſt aũt ſeueritas virtus debito ſupplitio cohercens iniuriaꝫ. Et de hac: premiſſa ſunt ſuperiꝰ exẽpla. ¶ Liberalitas aũt eſt virtus beneficioꝝ errogatrix: quaꝫ pro affectu: benignitatem: ꝓ effectu: benificentiã dicimus. Et hec virtus: in tribuendo ⁊ retribuendo conſiſtit. ¶ Qualr̃ aũt hec virtꝰ viguit in magnatibꝰ antiquis: eorum geſta teſtant. ¶ De liberalitate enim Titi impatoris legitur in geſtis romanoꝝ: ꝙ ſtatuerat: ne accedentem ad ſe poſtulandi gratia: ſine re: vel ſpe habẽdi dimitteret. Et iterrogatꝰ ab amicis cur plura polliceret ꝗꝫ pſtare poſſet: reſpondit: ꝙ nõ decet quẽqꝫ a ſermone principis triſtẽ abſcedere. Idẽ recordatꝰ ſemel ſup cenaꝫ: ꝙ nihil tota die illa dederat: gemens dixit: O amici: diẽ hunc perdidi. ¶ De liberalitate Alexãdri Sen. ij. de bñ. ait: ꝙ cuidã petenti denariũ: dedit vrbeꝫ. Quo dicente: tantum donũ nõ ꝯuenit

G

re ſue fortune: rñdit Alexander
I Non quero qd te accipe: ſed qd
me dare decet. De eodē Seneca
epl'a.iiij.dicit: ꝙ rñdit cuidā di-
midiū omniū rex ſibi ꝑmittenti
eo (inquit) ꝓpoſito veni in Aſiam
non vt acciperē id qd dediſſetis:
ſed vt haberetis id qd reliquiſſem.
¶ Ecōtra eſt de multis: q etiam
cauillatiōes inueniūt: ne petenti
aliquid tribuant. Sicut Antigo-
nus: de q̄ vbi.ſ.dicit: ꝙ cū Cyn-
nicus peteret ab eo talētū rñdit:
plus eſſe q̄ꝫ Cynnicus petere de-
beret. Repulſus ille petit denari-
ū. Cui rñdit Antigon⁹: minus
K eſſe: q̄ꝫ regem dare deceret. Tur-
piſſima cauillatio (ait Sen.) Inue-
nit enī quō neutrū daret: In de-
nario regem: in talento Cynnicū
reſpexit. Cū poſſet denariū Cyn-
nico & talentū rex dare. ¶ Item
ſi diuidatur iuſtitia ſpeciali⁹ ſicut
diuidit eā Macrobi⁹ lib.i.di. Iuſti-
tia eſt: vnicuiqꝫ ſeruare q̄ꝫ ſuum
eſt. De qua veniunt innocentia:
amicitia: ꝯcordia: pietas: religio:
L affectus & humilitas. Patet in
geſtis antiquoꝝ quō iuſtitia ſm
ptes has in eis viguit. ¶ De Ti-
ti innocentia legit. vbi.ſ. ꝙ nullū
factum quod penitendū eſſet re-
coluit in morte: vno excepto: qd
tn̄ non ꝑdidit. vñ & in morte cō-
queſtus eſt: vitam ſibi eripi ime-
rito. ¶ Item narrat Solin⁹ li.
vlt. ꝙ apd quādā gentē.ſ. intro-
M papanē inſulā: in regis electione
nō nobilitas ꝓualet: ſed ſuffragia

vniuerſoꝝ. Populus.n. eligit
ſpectatū morib⁹ & inueterata cle-
mentia: annis grauē: & cui nulli
ſint liberi: ne regnū fiat heredita-
riū. Qui ſi i aliq̄ ꝑ dictoꝝ arguit:
morte mulctat. Silr de amicitia et
ꝯcordia q̄lr viguit i antiq̄s coꝝ
geſta teſtant. ex q̄ toto nixu itēde-
bant ad reipublice vtilitatē vt di-
ctū eſt. Concordia aūt nihil ē vti-
lius ciuitati. ait Aug. epl'a.v. Iō
N ad ꝯcordiā hn̄dam & amicitiam
anhelabāt. vnde narrat Vegeti⁹
li.iiij. vbi.ſ. ꝙ obſidente Hani-
bale: Caſilini tantā inopiā ſunt
perpeſſi: vt murē centū denarijs
veniſſe ꝑditū ſit memorie: eiuſ-
qꝫ venditorē fame periſſe: emptorē
vō vixiſſe: fidē tn̄ Romānis ſer-
uauere. ¶ Silr Val.li.iiij.d ve-
ra amicitia: ponēs exēplū d duo-
b⁹ amicis Amōe & phitia. Quoꝝ
vnū cū vellet Dioniſi⁹ tyrān⁹ oc-
O cideret: & ille ipetraſſꝫ tps ab eo: vt
ꝑdiret domū ad res ſuas ordinā-
das: alter ſe vadē ꝓ reditu illi⁹ da-
re non dubitauit. Appropinquā-
te aūt die diffinita: neqꝫ illo rede-
ante: vnuſqſqꝫ temerariū ſpōſo-
rem dānabat. Ille vō de amici
conſtantia: ſe non metuere ꝑdi-
cabat. Hora vō a tyranno ſtatu-
ta alter rediit. Mirat⁹ igit tyran-
nus eoꝝ animū & amicitiā: ſup-
pliciū remiſit: rogās: vt ſe in ter-
P tium ſodalitatis gradū ſecū reci-
perēt. ¶ Hec aūt amicitia debet
eſſe vera. Cū.n. triplex ſit amici-
tia.ſ. ꝓp honeſtū: ꝓp vtile: & ꝓp-



pter expediēs: ꝓut dr ethi.viij.
Illa: vera ē amicitia q̄ eſt ꝓpter
honeſtū. honeſtū.n. & virt⁹ facit
amicitias. ait Tul.i.d offi. Et vir-
tus conciliat amicos & ꝯſeruat:
ait idem.i. de amicitia. De q̄ ami-
citia Ecc.vi. Amic⁹ fidelis ꝓte-
Q ctio fortis. Qui inuenit illū: inue-
nit theſaurū. Nam cū amicitia ē
ſimulata.ſ. ꝓp vtile vel expediēs
non eſt ſtabilis: ait Tulius. vbi.ſ.
Qui enim vtilitatis ꝓprie cauſa
fingūt amicitias: amabiliſſimū
amicitie modū tollere videntur.
Vere enim eſt amic⁹ menſe: & nō
ꝑmanet in die neceſſitatis. Ecc.
vi. Vñ ſolebant antiq ſimulacra
gratiarū effigiari nuda: hinc de-
pingi facere ymagines nude: eo
R ꝙ ſoliditas amicitie: & veritas fi-
dei ſine qua neqꝫ gr̄e nomē ſub-
ſiſtit nullo ſimulationis facto de-
bent obumbrari: ait Poli.li.iij.
Talis eſt amicitia multoꝝ iuxta
illd cōe dictū. Cū fortuna manet:
vultū ſeruatis amici. Cū cecidit:
S turpi vertitis ora fuge. ¶ Et nō
ſolū hec in eis vigebāt: ſꝫ pietas
& religio ſm rit⁹ eoꝝ. Pietas.n.
cult⁹ dei dr: ait Aug. epl'a.xxxiiij.
Et cū eſt cult⁹ veri dei: ē vera pie-
tas. Cū aūt falſoꝝ deoꝝ ē falſa &
ꝑnitioſa pietas. ꝓ q̄ tn̄ obſuāda
erant diligentes & ſtudioſi. ait Va-
le.lib.i.di. ꝙ ñ dubitauerūt impia
ſacris ſeruire. & ita ſe hūanā rex-
iſſe regimen eſtimātis: ſi diuine
potētie bñ ꝯſtātergꝫ fuiſſet famu-

lata. Vñ pari vindicta parētum
ac deoꝝ violatio: expianda erat:
T ait ibidē. Et m̄res Romane: ac
filie: ꝯiuges & ſorores: & p⁹ Can-
nenſem cladem abſterſis lachry-
mis ꝓ ſuis interfectis: candidā
induere veſtē. & aris thura dare
coacte ſūt: ait ibidē. Et i h̄ erāt ꝯ-
ſtātes: ait ibidē li.iij.di. ꝙ Alexā.
ſacrificāti aſtabat vn⁹ tenēs thu-
ribulū: i cui⁹ brachiū carbo dila-
pſus cū ita vreret: vt odor ad na-
res ſacrificātiū ꝑueniret: tn̄ & do-
lorē ſilētio ꝓſſit. & brachiū imobi-
le tenuit: ne ſacrificiū Alexādri
aut cōcuſſo thurribulo: aut edi-
to gemitu impediret. ¶ Alterius
de affectu eoꝝ & humilitate etiā
erga inferiores: luculēter exp̄mit
in geſtis eoꝝ. Vñ Helynandus
in geſtis Romanoꝝ narrat de
Trayano. ꝙ cū equū aſcendiſſet
ad bellū ꝓfecturus: vidua q̄dā
apprehenſo pede eius miſerabi-
liter lugens iuſtitiā ſibi petijt de
eis qui filiū ei⁹ bonū & innocen-
tem occiderant. di. Tu Auguſte
V impas. & ego tā atrocem iniuriā
patior. Cui impator. Ego tibi ſa-
tiſfaciā cū rediero. Et illa. Quid
ſi non redieris? Succeſſor inqt
me⁹ tibi ſatiſfaciet. At illa. Quid
tibi ꝓdeſt ſi alius bñfecerit? Tu
mihi debitor es ſm merita rece-
pturus. Et fraus vtiqꝫ eſt: nol-
le reddere quod debetur. Suc-
ceſſor tuus iniuriam pro ſe pati-
tibus tenebitur: te quoqꝫ non li-

berabit iuſtitia aliena. Bene eniʒ agitur cū ſucceſſore tuo: ſi ſe liberauerit. His verbis mot⁹ impatoꝛ deſcendit de equo: ⁊ cām examinans pſ̄ntialr: cōdigna ſatiſfactione viduam ꝯſolat⁹ eſt. Unde ⁊ in foro ſtatua Trayani poſita ē repꝛeſentans quō in expeditiōe poſitus: viduam liberauit. ⁊ i ſenatu exclamatū fuit. Nō alter felicioꝛ Auguſto: nec melioꝛ Trayano. ¶ Et de eo legitur: ꝙ cuʒ X filius eius equitans indomitum equū ex cui⁹ pedib⁹ fili⁹ cuiuſdaʒ vidue fuit interfectus: vidue cōquerenti: filiū ſuuʒ p moꝛtuo tradidit. ¶ Cū aūt alio mō partes iuſtitie aſſignent a beato Bernardino ſermone. iiij. de aduētu vbi ait: ꝙ iuſtitia eſt virtus: qꝺ ſuum eſt vnicuiqꝫ tribuens ſcilicet ſuperioꝛi equali: ⁊ inferioꝛi. Superioꝛi eniʒ ideſt pꝛelato debet obedētia ⁊ reuerentia. eq̄li: ſiue pari ꝯſiliū ⁊ auxiliū: vt ꝯſilio erudiatur ignoꝛantia: auxilio iuuetur infirmitas. inferioꝛi debem⁹ cuſtodiam ⁊ diſciplinā: vt ſcilicet non regnet in eo peccatū: ⁊ vt dignos pnie fructus faciat. Quib⁹ oibus debet adiūgi iudiciū rectū. Que ſeptem poſſunt figurari p ſepteʒ colūnas quas excidit ſapiētia in domo quam edificauit pꝛuer. ix. Y put exponit ibi Ber. Et hec oia viguerunt in eis ſcilicet obedientia ⁊ reuerentia reſpectu ſupioꝛū. Cum .n. pnceps ſit publica poteſtas in terris: ⁊ diuine maieſtatis ymago: ait Poli. li. iiij. ei reuerebantur ⁊ obediebant: ⁊ inobedientes puniebant. vnde Julius Ceſar licet glorioſe pugnaſſet: qꝛ tn̄ ſpacium qnqꝫ annoꝛum qꝺ ſibi fuerat permiſſuʒ ad domandos hoſtes pertranſiit: honoꝛ debit⁹ denegatus eſt ſibi: qꝛ vltra terminum moꝛā ꝯtrxit: pꝛout dicitur in geſtis Romanoꝛum. Iteʒ vt ait Uale. li. ij. qꝛ Petriliū conſulem occidi milites paſſi ſūt: legiōi nec era nec ſtipendia dedit ſenatus: Z eo ꝙ pꝛo ſalute imperatoꝛis: hoſtium ſe telis non expoſuerant. In opere eniʒ adimplebant illud ro. xiij. Omnis anima poteſtatibus ſublimioꝛibus ſubdita ſit. ¶ Qualiter autem fuit in eis cōſiliuʒ patet ex dictis. Plus eniʒ laboꝛabant pꝛo republica q̄ꝫ pꝛo ſalute pꝛopꝛia: ait Uegetius li. iiij. Paulus: imperatoꝛeʒ ſenē moꝛib⁹ dicebat opoꝛtere eſſe: ſignificās. moderatioꝛa ſeq̄nda. ꝯſilia A Ibideʒ narrat: ꝙ Ceſar dicebat id eſſe conſiliuʒ aduerſus hoſtē: quod pleriſqꝫ medicis contra vitia coꝛpoꝛum: fame potius q̄ꝫ ferro aliquando ſuperando. ¶ Diſciplina ⁊ cuſtodia veriſſime viguit apꝺ eos. vt enim dicit Poli. lib. vi. Romanis adeo pꝛofuit diſciplina: vt oꝛbē: ſue ſubderēt ditioni. Alexander enim exiguaʒ manum militarem accepit a patre: ſed doctam: qua oꝛbem terra-



rum agreſſus: imenſas hoſtium copias ſubdidit. Ut enim ait ꝺ eo Uegetius li. iiij. Quadraginta mi B libus diſcipline aſſuefactis oēs vicit. Et ibidem de Tito. a q̄ cuʒ quatuoꝛdecim milibus grecoꝛuʒ ſunt centum milia barbaroꝛū ſuperati. Debet eniʒ pꝛinceps diſciplina milites regere. Ait Ual. lib. ij. ponens exemplum: quomodo patres puniebant filios militareʒ diſciplinam non ſeruantes. Aurelius enim filium (qꝛ tenuit ei⁹ pceptum) inter pedites fungi coegit: ¶ Item pater debet filios cohercere. Unde Octauianus: cuʒ filijs ſuis ſufficere poſſent ad gloriam bona hereditaria: tamē inſtructi ſunt: ac ſi ſua retinere: vel aliena acquirere nequaq̄ꝫ poſſet: niſi per virtutem. Unde eos ad gradum militarem: ad curſuʒ: ⁊ C ſaltum: ad vſum natandi: iaciendi miſſilia ⁊ lapides manu vel fūda exercitari fecit. filias ſic in lanificio iſtituit: vt ſi eas pꝛeter ſpeʒ in extremam paupertatem foꝛtuna pꝛoieciſſet: vitam per arteʒ ſuſtentare poſſent. Nam nendi: texendi: veſtes foꝛmandi: fingendi ⁊ componendi non tm̄ arte: ſed etiā vſum habebant. ait Poli. li. vi. Ideo Ecc. vij. Filii tibi ſūt erudi illos. Seq̄tur. Filie tibi ſūt ſerua coꝛpus earuʒ. ¶ Item pater familias debet familiā diſciplina D regere ⁊ cohercere. vt eniʒ dicit poli. li. viij. Fertur beatus Hieronim⁹ tres a menſa clericos excluſiſſe: qꝛ incompoſitos eos vidit: turpe (dicens) honeſto: ⁊ graui viro in eius conſoꝛtio aliquem incompoſitum inuenire. Uere enī panis: diſciplina: ⁊ opus ſeruo: Ecc. ¶ Item iudicium verū viguit apud eos. Ait Uale. li. vj. ꝙ cum quidam iudex male iudicaſſet: Rex Cambiſſes pellem eius e coꝛpoꝛe detractam ſelle iudicia- E rie appoſuit: ⁊ in ea eius filium iudicaturū ſedere fecit. Noua eniʒ pena (ne quis poſtea iudex coꝛrūpi poſſet) pꝛouidit. Sic enim pꝛecepit lex diuina. deutero. xvi. Iudices ⁊ magiſtrat⁹ conſtitues in omnibus poꝛtis tuis: vt iudicent populum recto iudicio: nec in alteram partem declinent.

¶ Secūda pars pꝛincipalis. De pꝛudentia.

¶ Capl̄m pꝛimū. Qꝺ pꝛudētia debet eſſe in pꝛincipibus.

His breuiter pꝛemiſſis de iuſtitia ⁊ eius partibus: ſequitur de pꝛudentia que eſt neceſſaria pꝛincipibus. Ut enī dicit vegetius de re militari: nullus eſt quem opoꝛteat vel plura: vel melioꝛa ſcire q̄ꝫ pꝛincipem: cuius doctrina debet omnib⁹ pdeſſe ſubiectis. Nemo enī iuuenes eligat duces: coꝫ non conſtat eos eſſe pꝛudentes: pꝛout dr̄. F iiij. topicoꝛum. Tria enim fecerūt Romanos eſſe gentiuʒ victoꝛes.

ſ. Scientia: Exercitatio: ⁊ Fides.
Q electi in ſacramento reipubli
ce impendebant. ait Poli. li. vi.
Tunc enim (ait Plato) beatū or
bem terrarum fore: cū vel ſapien
tes regnare. ⁊ reges ſapere cepiſ
ſent. ait. Val. li. vij. ⁊ Boeti⁹. i. de
conſol. Unde aureū ſeculum di
cebat: quando penes ſapiētes re
gna erant: ait. Señ. epla. xcij. At
enim ait Poli. li. iiij. Romanos
Imperatores aut duces duz eo
ruz reſpublica viguit non memi
ni extitiſſe illitteratos. et ſcio quo
G modo contigit ex quo principib⁹
languit virtus litterarum: Arma
te militie infirmata eſt manus: ⁊
ipſius principatus quaſi precisa
radix. Nimirum: cum ſine ſapiē
tia ſtare non valeat principatus
ait ſapientia diuina. prouer. viij.
Per me reges regnant. Unde ꝗ
rex Romanorum hortatus ē re
gem Francorum: vt filios libera
libus diſciplinis inſtrui faceret. di
cens: ꝙ rex illitteratus quaſi aſi
nus coronatus. prout dr̄ in eodē
libro. Ideo antiqui principes ha
H bebāt magiſtros ſuos. Sic Tra
ianus Plutarcum: Nero Se
necam: Alexander Ariſtotelem:
Nato enim Alexandro: ſcripſit
Philippus pater eius epiſtolaz
talem. Philippus Ariſtoteli ſa
lutem dicit. Filium mihi genituz
ſcito. Et quidem diis habeo gra
tias: non tam proinde qꝛ nat⁹ eſt.
ꝗ pro eo: qꝛ eum naſci contigit

temporibus vite tue. Spero enīz
fore: vt educatus eruditusqꝫ a te
dignus exiſtat: ⁊ nobis: ⁊ rerū ip
ſarum. ſ. regni ſuſceptione. Vere
enim rex ſapiens populi ſtabili
mentum: Sap. vi. Si delectami
ni in ſedibus ⁊ ſceptris: O reges
populi diligite ſapientiam. Et ibi
dem. Diligite lumen ſapiētie om
I nes qui preeſtis populis. Ecc. x.
Iudex ſapiens iudicabit populū
ſuum: ⁊ principatus ſenſati ſtabil
erit. Sequit: Rex inſipiens pdet
populum ſuum: ⁊ ciuitates inha
bitabuntur per ſenſum pruden
tium. Unde ⁊ Salomon placuit
deo: qꝛ petijt cor docile: vt poſſet
iudicare populum dei. ⁊ diſcerne
re bonum ⁊ malum. iij. Reg. iij.
¶ Ad hanc prudentiam haben
dam: ⁊ eius opera exercenda an
tiqui reges fuerunt ſtudioſi: ſicut
Ptholomeus Philadelphus
q Democritum bibliotece prefec.
K Qui cuz queſiuiſſet ab eo nume
rum librorum: Uiginti millia ad
eſſe reſpondit. Sz paulo poſt vſ
qꝫ ad quinquagīta millia poſſe ve
nire. ⁊ nuntiauit ei: apud iudeos
eſſe legem: ore ipſius dei editam
⁊ digito eius ſcriptam. pro qua
ſūmopere laborandum eſſe dice
bat: vt in grecum conuerſa eloq
um in archiuis regalibus habe
ret: prout legit in hyſtoria ſcola
ſtica. Et ad ipſam interpretan
dam obtinuit a iudeis ſeptuagin
ta interpretes: vt dr̄ ibi. Unde in



laudem Theodoſij Imperato
ris ait Sozomeus. i. hyſtori. tri
partite. Aiunt: te per diem exerci
tari armis: ⁊ eo tempore ſubie
L ctorum negotia diſceptare iudi
care: ſimul ⁊ agere: modo ſeorſū
modo publice que ſūt agēda cō
ſiderare: noctibus vo libris icū
bere. Fert etiam tibi ad eoruz ſci
entiam miniſtrare candelabrum
opere mechanico factum: ſponte
fundēs oleum in lucernā: vt nul
lus in laboribus tuis cogatur af
fligi: ⁊ nature vim facias ſomno
repugnans. per doctrinam enim
audio te ſcire lapidum naturas.
Item princeps non ſolum debet
eſſe prudens in humanis diſpen
ſandis: ⁊ eorum legibus: ſed etiā
in legibus diuinis. ait dñs deut.
xvij. Poſtqꝫ ſedit rex in ſolio re
gni ſui ſcribet deutronomiū legis
M hoc in volumine: accipiens exē
plar a ſacerdotibus leuitice trib⁹.
⁊ habebit ſecuz: legetqꝫ illud om
nibus diebus vite ſue: vt diſcat ti
mere dominum deū ſuū: ⁊ cuſto
dire verba ⁊ cerimonias que in
lege precepta ſunt. Humane eni
leges eaten⁹ valent: quatenus a
diuinis non diſcrepant: ait Heli
nandus. Alioquin verificat illō
Bernardi ad Eugenium li. i. Si
N mia in tecto: rex fatu⁹ ſedens in
ſolio. Nō ſi forte illitteratus eſt
princeps: conſilijs litteratorū euz
regi neceſſe eſt. Unde a ſacerdoti
bus iubet accipere exemplar le

gis. i. a viris catholicis ⁊ eccleſia
ſticis: ſicut exponit Elynandus.
¶ Capl̄m ſecundū. De prudētia
philoſophorum.

E prudentia autem phi
loſophorum: ⁊ ſtudio ad
eam habendā: ſuperua
cuum eſt ſcribere: cum eorū ſtu
dia pateāt per ſapientie documē
ta. De quorundā vo ſtudio Val.
li. viij. ſcribit. vbi ait: ꝙ Carnay
des laborioſus ⁊ diuturn⁹ fuit ſa
pientie miles. Siquidem nongē
tis expletis annis: ita ſe mirifice
doctrine operibus addixerat: vt
cum cibi capiendi cauſa recum
beret: cogitationibus inherens:
manuz ad menſam porrigere ob
liuiſceretur: idemqꝫ illi viuendi ⁊ O
philoſophandi finis fuit. ¶ Ibi
dez narrat: Solonē philoſophū
quottidie aliquid adiſcentem ſe
neſcere. Nō ſupremo die confir
mauit: in quo aſſiſtentib⁹ amicis
⁊ de re quadā ſermonem confer
rentibus. caput fatis preſſum ere
xit. Interrogatusqꝫ cur id fecerit
rñdit: vt cum id quicquid eſt de q̊
diſputatis percepero moriar. De
quo ꝯſimiliter dici poteſt: ꝙ idez
ſibi viuendi ⁊ philoſophandi fi
nis fuit. ¶ Cōſimiliter ait dō So P
crate: ꝙ dum ad diſcendum ſe ſe
per pauperem edidit: ad docēdū
ſe locupletiſſimuz fecit. ¶ Eodez
modo narrat ibi de Archinode
philoſopho: ꝙ capta ſua ciuitate
ſ. Syracuſana: ⁊ Marcellus edi

ctum dediſſet: ne ille occideretur. ⁊ ipſe oculis ⁊ animo in terra𝔷 fi-
xis: formas ⁊ circulos deſcribe-
ret: ſuperuenienti militi: ⁊ ſup ca-
pitrum gladium tenenti: ⁊ inqui-
Q rentiquiſnam eſſet: propter ni-
miam cupiditatem veri inueſti-
gandi quod querebat in ipſis fi-
guris: nomen ſuu𝔷 indicare non
potuit. Sed ꝓtracto puluere ma-
nibus: noli (inquit) obſecro: iſtum
circulū diſturbare: ⁊ quaſi negli-
gens lictoriſ imperiu𝔷: gladio eſt
truncatus. Nec mirū: Si fuit in
eis tam feruens ſtudium pruden-
tie: q2 eam precioſiorem omnibꝰ
temporalibus eſtimabāt. Unde
enim dicit Uale. li. vij. Themiſto
clem philoſophum conſuluit vni
ce filie pater vtrū eam pauperi ſ3
ornato. ſ. ſcia ⁊ virtutibus: an lo
R cupleti parum probato. ſ. in pre-
dictis colocaret nubēdo. Cui phi-
loſophus: malo (inquit) virum pe-
cunia: ꝙ pecuniam: viro indigē-
tem. Quo dicto monuit: vt gene-
ru𝔷 diuitijs potius ꝙ diuitias ge-
nero preeligeret. Carentem enim
prudentia ⁊ virtutibꝰ: ſcire vti re-
bus non eſtimauit. Prudentia
rum: Niſi vinum nobis defuiſſet
hec (que dicta tibi ſunt) pro his (q
de te locuturi eramus) ludus ⁊ io-
cus eſſent. Cuius vrbana crapu-
le excuſatio: ⁊ ſimplex veritatiſ cō-
feſſio: iram regis in riſum cōuer-
tit. ¶ De Auguſto Ceſare legit
li. iij. de nugis philoſophorū: ꝙ cū
Tiberius conquereret: ꝙ multi
F de ſe male loquerētur: reſpōdit:
Noli nimis indignari cōtra quē-
libet: qui de te mala loquat. Satiſ
cum hoc habemus ne quis nob
mala facere poſſit. In omnibus
autem talibus ſuſtinendis: mul-
tū iuuat iniuriarū obliuiſci: ait Se-
neca epl'a. xcvj. Iniuriarū reme-
dium eſt obliuio. Cōmuniter (vt
ait idem de conſtantia ſapiētis) ſa-
pientem nulliꝰ iniurie obnoxiū
G eſſe dico. Non refert ꝙ̄ multa in
eum coniiciant tela: ſed ꝙ nulli
ſit penetrabilis: quomodo quo-
rundam lapidum eſt natura: in-
expugnabilis



expugnabilis fere duritia. Neq;
enim ſecari adamas neq; ſcindi
poteſt: ſed incurrentia vltro retū-
dit. Et quemadmodum quedā
non poſſunt igne conſumi: ſꝫ flā-
ma circunfuſa vigorem conſer-
uant: ⁊ ſcopuli mare frangūt: ita
animus ſapientis ſolidus eſt: et
id roboris colligit: vt tātus ſit ab
iniuria ꝙ̄ ea que retuli a leſiōe.
¶ Patientia quoq; quarto mo-
do dicta (que eſt in diſciplinarū
H ⁊ correctionum moderatione) vi-
guit in antiquis. Ait Ualenꝰ lib.
iiij. ꝙ Architas Tarentinꝰ cum
animaduertiſſet: rura ſua: villici
negligentia corrupta eſſe ⁊ perdi-
ta: intuens in illum male meritū
ſuſcepiſſem (inquit) a te ſuppliciū
niſi tibi eſſē iratus: Maluit eū
impunitum dimittere: ꝙ̄ ꝑꝑ irā
iuſto grauius punire. ¶ Eodem
libro legitur: ꝙ cum Plato ad-
uerſus delictū ſerui ſui vehemē-
tius exarſiſſet: veritus ne modū
vindicte tenere non poſſet: Spe-
gipo amico ſuo caſtigationis mo-
dū mandauit: deforme ſibi exi-
I ſtimans: ſi animaduerſio ſua re-
prehenſionem mereretur. ¶ De
hoc eodem Seneca. iij. de ira di-
cit: ꝙ cum Plato iraſceret ſer-
uo: iuſſiſſetq; tunicam deponere
⁊ ſcapulas prebere verberibus:
manu ſua ipſe ceſurus: poſtꝙ̄
ſe intellexit iratum: manū ſuſpē-
ſā detinebat ſicut ſuſtulerat: ⁊ ſta-
bat percuſſuro ſimilis. Interro-

gatuſq; ab amico qui interuene-
rat quid ageret: reſpondit. Exigo
penas ab homine iracundus ſci-
licet exiſtens. Tu autem ſeruum
iſtum verberibus obiurga: Nā
ego iraſcor: propter quod nō ce-
do. Iraſcor inquit: ⁊ plus facerē
ꝙ̄ oportet ⁊ libentius. Non ſit il-
le ſeruus in eius poteſtate: qui in
ſua non eſt: qualis ſcilicet ego ſū.
Plato oblitus eſt ſerui: quia ali-
um (quem potius caſtigaret) inue-
nit. ſ. ſeipſū: abſtulitq; ſibi in ſuos
poteſtatem. Ideo dicit ibi Sen.
Nihil tibi liceat dum iraſceris. ⁊
hoc ideo: qꝛ ſi vis omnia tibi li-
cere: pugna tecum ipſe. Si iram
vincere non potes: te illa incipit
K vincere. ¶ Poteſt tamē ſapiēs
ſine ira diſciplinaliter caſtigare.
Ut enim legit libro. iiij. de nugis
philoſophorū: de Plutarco ma-
giſtro Trayani impatoris: ꝙ cū
precepiſſet: famulum verberari
ob ſua demerita: ⁊ inſultaret fa-
mulus ſibi dicens: ꝙ non dece-
ret philoſophum iraſci: ⁊ ꝙ ꝯtra
doctrinam ſuā faceret qui librū
de patientia fecerat: rn̄dit Plu-
tarcus: Nunquid quia vapulas
tibi iraſci videor: Nulla ī me ire
ſigna vides: nec oculos truces:
nec os turbidum. Hec eiꝫ ſigna
ſunt ire. Conuerſuſq; ad eum qui
verberabat ait: Dum ego ⁊ iſte
diſputamus: age tu opus tuum
⁊ ſine iracūdia mea retunde ſer-
uilem contumaciam: ⁊ iniquum

deſiſtere doceas potiuſq̄ obiurgare. ¶ Eſt autem diſciplina aliquando moderanda. L Ut enim legitur eodem libro: dicebat Traianus imperator: inſanum eē: ſi aliquis habens oculos lipientes mallit effodere q̄ curare. Item dicebat: vngues ſi acriores fuerit non euellendos: ſed reſecandos. Item dicebat: ꝙ corde in muſicali inſtrumento debent proporcionari: ⁊ ſecurius eſt: ꝙ remittantur q̄ ſi nimis tendantur: ⁊ rumpantur. Cōſimili modo dicebat eſſe faciendum in diſciplina qua debet homo curari non opprimi nec extirpari. Sed nihilominus inſolentes caſtigandi ſunt diſciplina vt habitū eſt. ſ.

## ¶ Capitulum quartum. De perſeuerantia.

Sequitur de quarta parte fortitudinis ſcilicet de pſeuerātia: q̄ vigebāt antiq̄. ē aūt pſeuerātia: rōne bn̄ cōſtituta ſtabilis ⁊ perpetua permāſio: ait Tulius prima rethorica. M vbi. ſ. Hac perſeuerantia fit homo immobilis: ne aduerſitatib' frangatur: nec proſperitatib' extollatur. Item nec cominationibus terreat: nec promiſſionibus flectatur. Unde in laudez Fabricij dixit Pirrus: vt dictuz eſt. ſ. Ille eſt fabritius: qui difficili' ab honeſtate q̄ ſol a curſu ſuo auerti poteſt: vt eniz dicitur libro. iiij. de vita philoſophoꝝ Socrates negat ſapientem poſſe offendi: ſed aduerſus omnez fortunā in robore virtutis ſue manere immobilem. N Hoc enim eſt precipuum ſcilicet erigere animum ſup minas: ⁊ improuiſa fortuita ait Seneca de naturalibus queſtionib'. vt enim dicit expoſitor ſup Boetiuz de conſolatione: philoſophi poſuerunt duo dolia eſſe in limine domus Iouis: de quibus intrantes oportet bibere. Dom' Iouis eſt mundus: duo dolia pſperitas ⁊ aduerſitas: de quibus guſtare oportet omnes munduz intrantes. vn̄ Sen̄. epi. cvj. vn' ē portus huius vite ſcilicet euentura contemnere. O ¶ Qualiter autē differenter animus ſapientis ⁊ ſtulti varie afficiuntur in tribulationibus determinat Auguſtin'. ix. de ci. c. iiij. recitans opinionē zenonis ⁊ Criſpi: qui fuerūt principes ſtoycorum. Qui id intereſſe cenſuerunt inter animum ſapientis ⁊ ſtulti: ꝙ anim' ſtulti paſſionibus cedit: ⁊ accomodat mentis aſſenſum. Sapientis autem animus: licet ipſe paſſiones neceſſitate patiatur: retinet tamen de his que appetere vel fugere debz veram ⁊ ſtabilem inconcuſſa mente ſententiam. P Ubi ponit exēpluz de Stoyco philoſopho: qui expauit in naui in tempeſtate. Cui cuz obiectum eſſet: ꝙ timuiſſet: ⁊ ita ꝙ falſa eſſet poſitio Stoycorum ponentiū non cadere paſſiões



in ſapientem: reſpondit philoſophus dicto modo. Q Ut eni ait Seneca libro de prouidentia: quis ē vir? qui non eſt erectus ad honeſta: qui non eſt laboris iuſti appetens: qui non ad officia cum periculo paratus. Sequitur. Nihil infelicius (ait Democritus) eo: cui nil aduenit vnq̄ aduerſi. Nō licuit illi: ſe expiare. Male de illo dij iudicauerunt. Indignus viſus eſt a quo vinceret aliquando fortuna: que ignobiliſſimum quēq̄ refugit: contumaciſſimum R idest fortiter obuiantem quēq̄ ⁊ rectū: aduerſus quem vim ſuam incendat. Ignem experit in Mutio q̄ ſcilicet fuit combuſtus: paupertatem in Fabricio: exilium in Rutilio: tormenta in Regulo: venenum in Socrate: mortez in Catone. vnde ait ibi de Socrate: ꝙ potionem illam ſcilicet veneni: non aliter q̄ medicamentū immortalitatis obduxit ⁊ de morte diſputauit: atq̄ ipſam S veneni potionem letus bibit: hauſitq̄. De ipſo ⁊ eius morte Ualerius lib. vij. dicit: ꝙ forti animo ⁊ conſtanti vultu: cum potionez veneni accepiſſet: vxoreq̄ ſua inter fletuz ⁊ lamentationez vociferante: eū innocentem periturum: quid (inquit) nocenti mihi mori ſatius eē duxiſti? Quaſi dicat. Males tu: ꝙ nocens morerer: q̄ innocēs? Ideo concludit Seneca vbi. ſ. Miſerum eſſe iudico: ꝙ nunq̄ fueris miſer. Trāſijſti ſine aduerſario vitam: Nemo ſcit: quid potueris: neq̄ tu quidez ipſe. T Opus enim eſt ad ſui noticiam: experimento. Quid quiſq̄ poſſit: nō niſi temptando didicit. Illos quippe miſeros dicit: qui nimia felicitate torpeſcūt: quos velut in mari lento: tranquillitas iners detinet. q̄ fortes ergo ⁊ perſeuerantes in fortitudine: ⁊ tolerāda morte pro veritate ⁊ honeſtate antiq̄ fuerunt: patet ex dictis. ¶ Et nō ſolum viri: ſed etiam mulieres fortes fuerunt: ne dedecus aliqd̄ paterentur: V ſicut ait Ambroſius iij. de virginitate d̄ matre ⁊ filiabus: que ſe amplexantes: ⁊ quaſi choros ducentes proiecerunt ſe in alueum fluuij: ne a predonib' caſtitatis dedecus paterentur. Et ſicut dicit Augu. primo de ciui. c. xix. de Lucretia Romane pudicitie duce: ꝙ cum eſſet oppreſſa a filio Tarquinij regis ſuperbiſſimi: induxit ſuos ad vindictā: deinde fedi in ſe cōmiſſi egra ⁊ impatiens: ferro quod ſub veſte tecum detulerat ſe peremit. X Quis autem hoc non ſit faciendū, Nō enim debet ſe quis iterimere. ad vitandam libidinem alienam: q2 non polluit: ſi eſt aliena libido: ⁊ propoſito animi permanente: ꝑ quod corpus ſanctificari meruit ipſi corpori non aufert ſanctitatē violentia libidinis aliene: quam ſeruat perſeuerantia continentie

ait Auguſtinus vbi.ſ.c.xvij.Ta
men deteſtatio dedecoris:amor
honeſtatis:perſeuerantia fortitu
dinis ſunt in talibus ꝯmendāda
¶ De fortitudine quoqꝫ perſeue
rantie antiquorum in ſuſtinentia
mortis filiorum:ait Valerius li.
vi.dicens:ꝙ Anaxagoras:audi
ta morte filij:reſpondit: Nihil in
expectatum aut nouum nuncias
Ego enim:ex me natum ſciebaꝫ
Z eſſe mortalem. Sciebat enim:a
rerum natura accipiendi ſpūs.⁊
reddendi legē:dare atqꝫ vt nemi
nem mori qui non vixerit:ita ne
qꝫ viuere aliquem quidē poſſe:
qui non ſit moriturus. ¶ Ibidē
ait:ꝙ Xenophon audiens mortē
filij maioris natu qui in prelio ce
ciderat:coronam tantū depone
re ꝯtētus fuit. Agebat enī ſolēne
ſacrificium. Deinde percūctatus
quomodo occubuiſſet:vt audiuit
fortiſſime pugnantem interijſſe:
A capiti coronā reponens:numi
na quibus ſacrificabat teſtat⁹ eſt
maiorem ſe ex virtute filij volupta
tem ꝗ ex morte amaritudinem
ſentire. ¶ Item ꝗ fortes fuerūt
in ſuſtinentia ablationis rerum
ſuarum patet ex dictis. Unde nar
rat Valerius lib.vij.de quodam
philoſopho qui dictus eſt Bias
prienens.ꝙ cum hoſtes patriam
ſuam prienē inuaſiſſent:⁊ homi
nes fugerent cum rebus ſuis in
B terrogatus ille reſpōdit: Omnia
mea mecum porto. Pectore.ſ.
ea geſtabat:non humeris:neqꝫ
oculis vidēda:ſed animo eſtimā
da:que domicilio mentis incluſa
neqꝫ mortalium:neqꝫ deorꝫ ma
nib⁹ labefactari poſſunt:⁊ vt ma
nentibus preſto ſunt:ita fugienti
bus non deſunt. vñ de illo bono
epiſcopo Nolenſi Paulino ait
Auguſtinus primo de ciui.c.x.
ꝙ quando Nolam ciuitatem ſu
am barbari vaſtauerant:⁊ ipſe
teneretur ab eis:ſic in corde ſuo
precabatur dicens:Domine:nō
excrutier propter aurum.⁊ argen
tum. Ubi enim ſunt omnia mea C
tu noſti. Ibi enim omnia ſua ha
bebat:vbi eū condere ⁊ theſau
rizare ille monuerat:qui hec ma
la mundo futura predixerat. In
ſuſtinentia igitur predictorū cō
ſiſtit vera perſeuerantia:que eſt
pars vltima fortitudis:vt dictū
eſt. ¶ Ad predictas autem ptes
fortitudinis reduci poſſunt ille p D
tes fortitudinis:quas Macrobius
ponit libro primo dicens. Forti
tudo preſtat magnanimitatē:fi
duciam:firmitatem. Quib⁹ pñt
adaptari predicta exempla.

¶ Quinta pars de ordinatione
virtutum.

Is breuiter premiſſis
de virtutibus:preme
b ditandum eſt:ꝙ ſi illi
antiqui non illumina
ti fide:neqꝫ ordinati charitate:ne
qꝫ ſolidati ſpe:tā virtuoſi fuerūt
in operibus virtutum:⁊ tanta ſu



ſtinuerunt:⁊ hoc pro cupiditate
E glorie:⁊ temporali vtilitate:vel
vite honeſtate:quāta debent face
re fideles:qui ſunt prediti virtu
tibus gratuitis ſcilicet fide:ſpe:⁊
charitate:⁊ quāta contemnere pro
eterna felicitate. Sicut enim dic
Aug.quaſi arguens cōiter in p
dictis.v.de ci.c.xix. Quid magnū ē
pro illa eterna ⁊ celeſtiqꝫ gloria cūcta
ſeculi blandimēta contemnere:
ſi pro hac tēporali ⁊ terrena Bru
tus voluit filios ſuos occidere.
Et ſic de alijs:prout exēplificat
ibi bene. Sunt enī predicte vir
tutes ordinande ad ſuum finem.
⁊ opera earū.vt enim ait Aug.
v.de ci.c.xix. In quibuſdā opa
virtutū ordinantur ad volupta
F tem:in quibuſdam ad glorie va
nitatem. Et ideo (vt ait ibi) ſolent
philoſophi qui finē humani bo
ni in virtutibus conſtituunt ad
ingerendum pudorem philoſo
phis qui virtutes probant:ſed eas
voluptatis fine metiunt. Illi ſin
ꝗ ſolent pingere tabulā:vbi vo
luptas in ſella regali:quaſi q̄dā
delicata regina ſedeat ſibiqꝫ vir
tutes quaſi famule ſubiciantur:
obſeruantes eius nutū:vt faciāt
que ipſa imperabit.vt prudentia
iubeat ⁊ inquirat quomodo vo
luptas regnet ⁊ ſalua ſit:⁊ ſic de
alijs virtutibus:vt ait ibi. vbi ſe
quitur: Nihil hac pictura dicunt
eſſe ignominioſius ⁊ deformius
⁊ quod minus bonorū poſſit fer
re fructus. Et verum dicūt. Sed
nō eſtimo ſatis debiti decoris eē
picturam:ſi talis etiam figuretur G
vbi virtutes:humane glorie ſer
uiant. Licet enim iſta mulier de
licata non ſit:eſt tamen inflata ⁊
multū vanitatis habet:prout ait
ibidem bene. ¶ Conſimiliter ait
Señ.in pte.iiij.de benefi.ꝙ ni
hil magnificum habet virtus:ſi
habet quicqꝫ venale. apud enim
epicurros:virtus ē miniſtra vo H
luptatis. Sic ordinare virtutes
eſt eas deordiare:⁊ eis abuti:eo
ꝙ virtus eſt via ad gloriam:ait
Aug.v.de ci.c.xiij. Siue ars be
ne viuendi.iiij.de ci.c.xxi. Et ſic
ait idem li.xix.c.xxv. virtutes ad
quodlibet adipiſcendum:ſi retu
lerit ſcilicet animus niſi ad deū:
ipſe virtutes:vitia ſunt potius ꝗ
virtutes. Nam licet a quibuſdā
tunc vere honeſte putentur eſſe
virtutes:cum refferuntur ad ſe
ipſas:nec propter aliud expetū
tur:⁊ inflate tunc ⁊ ſuperbe ſunt.
⁊ ideo non virtutes ſed vitia indi I
cande ſunt. In hac enī vita vir
tus nō eſt aliud:niſi diligere quod
diligendum eſt.ait Augu.epiſto
la.xxxiij. Illud eligere prudētia
eſt. nullis autem aduerſis auerti
fortitudo:nullis illecebris auerti
temperantia:nulla ſuperbia auer
ti:iuſtitia eſt:ait ibidē. Et hi ſunt
actus virtutum in via. Sed in pa
tria ipſum eſt virtus ⁊ premium
virtutis. Ideo ps. Mihi autem

adherere deo bonū eſt. hec erit ibi plena ⁊ ſempiterna ſapientia eademq; vita veraciter btā. Dicetur ibi prudentia: q2 perſpicaciſſime adherebit bono qd̄ n̄ amittet. fortitudo: q2 firmiſſime adherebit bono: vnde non euellatur. temperantia: q2 caſtiſſime adherebit bono quo non corrūpatur. iuſticia: q2 rectiſſime adherebit bono cui merito ſubiciatur. Seq̄t. hic ſunt v̄tutes in actu: ibi in effectu. hic in opere: ibi in mercede. hic in officio: ibi in fine: ait ibi Aug. Et conſimiliter ait idem de actibus virtutum in via ⁊ in patria li. xiiij. de ci. c. ix. ⁊ li. xij. ſup gen. ad litteram dicens. Ibi virtutes

L

anime non ſunt operoſe. ac laborioſe. Neq; enim opere temperantie: libido refrenatur: aut ope fortitudinis aduerſa tolerantur. aut opere iuſticie iniqua puniuntur: aut opere prudentie mala deuitantur. Una enim ⁊ tota virtus eſt amare quod videas: ⁊ ſumma felicitas: habere quod amas. Ibi. n. beata vita in fonte ſuo bibit. De quo fonte bibere deſiderare debet anima fidelis deſiderādo ferventer indefatigabiliter: ⁊ perhēniter. Unde propheta. Sicut d̄ſiderat ceruus ad fontes aquaꝝ: ita deſiderat anima mea ad te deus.

M

Si enim in diſcipulo Platonis pagano tantum fuit deſideriū vite future: q lecto libro Platōis de anime immortalitate: ſe dedit de muro precipitem: atq; ſic ex hac vita emigrauit: vt ad vitam (quam meliorem crediderit) cito tranſiret: vt ait Auguſtinus primo d̄ ci. c. xxxij. quantum deſiderium fidelibus reſpectu vite eterne nobis promiſſe. Non q debeant ſe necare exēplo diſcipuli male errātis: ſed q eā debēt deſiderare: vt de eis verificetur illud puer. Deſiderium iuſtorum: omne bonum. Has ergo virtutes doceat nos ſapientia dei eterna: qui eſt ipſe filius verus magiſter. De q̄ ſap. vij. Sobrietatem ⁊ ſapientiā ⁊ iuſticiam: ⁊ virtutes docet: quibus vtilius nihil eſt in vita hoīnibus. Et ad ſeipſum perducat

N

qui eſt premium virtutum. Ipſe enim eſt via: veritas: ⁊ vita. Jo. xiiij. via in exemplo: veritas in pmiſſo: vita in premio: prout ait Hugo illud exponens primo de ſacramentis pte. viij. c. x. ⁊ Aug. de verbis domini ſermone. xvi. Quo vis ire: ego via: quo vis doceri: ego veritas: quo vis permanere: ego vita. Amen.

¶ Finis breuiloquij de virtutibus antiquorum principū ⁊ philoſophorum fratris Joannis valenſis.



¶ Incipit ordinarium vite religioſe: ſiue alphabetū a fratre Joanne valenſi de ordine fratrum minorum compoſitum.

Nunquid noſti ordinē celi: ⁊ rationem ei9 pones in terra. Job. xxxviij. Sicut angelica hierarchia: ſiue celeſtis ſpirituum celeſtium ſublimatur: illuminat: beatificatur ex ſua adheſione ſuperceleſti hierarchie ſiue diuine: ſic ſubceleſtis hierarchia ſiue eccleſiaſtica ordinatur: illuſtratur: et perficitur ex imitatione angelice

A

hierarchie: ⁊ conformitate eius. prout patet a Dioniſio angelice hierarchie. c. vij. ⁊ ix. ⁊ quaſi per totum. Et tunc ſummus creator ponit rationem celi. i. celeſtis hierarchie in terra. ideſt in eccleſiaſtica hierarchia: ſiue in religione ſacra: quando dat gratiam eccleſiaſticis viris ⁊ religioſis imitandi pro ſua poſſibilitate vitam celeſtium ſpirituum. Unde Augu. ſuper Jo. omel. xix. Triplex ē vita. ſ. pecorum: hominum. ⁊ angelorum. vita pecoꝝ terrenis voluptatibus eſtuat: ſola terrena q̄rit. vita angelorum ſola celeſtia. vita hominum media eſt. Si vi-

B

uit homo ſm carnem: comparat pecoribus: ſi ſm ſpiritū angelis ſociatur. Unde prelati eccleſie dicuntur angeli: apoc. i. Septē ſtelle angeli ſunt ſeptem eccleſiarū. Angelus enim grece: latine dicitur nuncius. Et ſacerdos vel predicator dicitur angelus: ait Greg. ſuper euan. libro primo omel. vi. ⁊ Malachie primo. Labia ſacer-

C

dotis cuſtodiunt ſcientiā. ⁊ ex ore eius legem requirent. quia angelus domini exercituum eſt. Cū igitur in angelis ſit iugis ⁊ indefeſſa diuinis laudibus vacatio: ⁊ miniſteriorum in locis (ad que mittuntur) virtuoſa operatio: milia enim milium miniſtrant deo Dan. vij. Et omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hereditatē capiunt ſalutis. hebre. i. Et ob h̄ electorum (ad quos mittunt) purgatio: illuminatio: ⁊ perfectio. vt patet a Dioniſio. c. vij. Immittit enim angelus domini in circuitu timentiū eos. Tunc ordo celi

D

ideſt inconfuſibilis rectitudo vite angelice ponitur in terra. ideſt in religionis ſtabilitate. quādo religioſi ſm ſuam poſſibilitatē imitantur angelos in predictis: ⁊ ſedulo ſtudio nituntur ad iugiter vacandū diuinis laudibus omni hora temporis: ⁊ ad virtuoſe exercendum debita opera in omnibus locis: ⁊ ad honeſte viuendum cum omnibus hominib9.

¶ Hec enim ſunt tria vtilia religioſis ſcilicet.

¶ Abſq; temporis amiſſione:

vtilis occupatio in omni tpe.
E ¶ Abſq̧ fraude ⁊ fictione: debitorum operum virtuoſa exercitatio in omni loco.
¶ Abſq̧ ſcandali occaſione: et cum boni exempli exhibitiõe honeſta conuerſatio coram omni homine. prout monet apoſtolus.i.cor.xiiij. Omnia honeſte ⁊ ſc̄z ordinem fiant in vobis. Et horum trium contraria ſunt eis multum nociua.ſ. Dānoſa temporis amiſ
F ſio. Operum debitorum in locis ad ea deputatis omiſſio: vl̓ deordinatio. Et conuerſationis dehoneſtatio. Ideo ad exhortationem iuuenum religioſorum: vt tria p̄dicta nociua caueāt: ⁊ alia tria adimplere ſtudeant: collecte ſunt auctoritates ſanctorū: ⁊ aliorum ſapientum in hac rudi collatiuncula que poteſt dici ordinarium ſiue alphabetum vite religioſe: cuius tres ſunt particule.
¶ In quarum prima ſunt auctoritates ad diſſuaſionem amiſſionis temporis: ⁊ perſuaſionē vtilis occupationis in omni hora: que poteſt dici Dyetarium. ¶ In ſecunda: ſunt auctoritates ad de
G hortationem deordinationis: in operibus aſſignatis in locis ſuis: ⁊ ad exhortationem debite exercitationis operum debitorum in eiſdem: que poteſt dici locarium. ¶ In tertia parte ſunt auctoritates collecte pro ſecularibus quādo religioſi egrediuntur: ⁊ ad profectionis vite ipſorum egredientium informationē: que poteſt dici itinerarium. ¶ Capitula vero cuiuſlibet partis patent in principio dictarum particularum.

¶ Incipit prima pars que dicit Dyetarium.

Quoniam omni negotio eſt temp⁹ ⁊ oportunitas: prout dr̄ Ecc.viij. ſedula ſolertia debet vir reli
H gioſus (quem poſuit deus in paradiſo religionis vt operet) ſtudere ne in tempore ſibi celitus conceſſo ad ſeruiendum deo. ⁊ ꝯgregandum theſaurum meritorum ⁊ ad mercandum regnum celorum deſidioſa ocioſitate torpeat: ne inutilibus occupationib⁹ ſe diſtrahat: ne a fructuoſis laborib⁹ ſe defraudet: ſed vt omni hora tēporis fructuoſis ſtudiis intendat. cogitq̄ omni negocio: eſt tempus modo debito aſſignandum. Dies enim tempus habent Ecc.iij. Et vt predicta plenius precaueātur: ⁊ vt ſingulis horis dici religioſus virtuoſo ſtudio occupet: aliq̄ auctoritates: ⁊ exempla tam ſanctorum q̄ph̄orum: in hac prima particula colligant: que poteſt Dyetarium nuncupari.
¶ Capl̓m primum. De defectiua temporis ⁊ varia qualitate.



Circa primum: notandū q̄ conſideratio prouida qualitatis temporis monere dz religioſum: ne ſuo tempore abutatur. ¶ Nam tempus ē iſtātanea modicitate breue. Job.xx. Gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Quia.ſ. appet ad momentum: ⁊ diſparet in perpetuū. Et ſicut ſtilus in pūcto poſitus leuatur: ſic hypochrita: dum vite preſentis gaudia tangit āmittit ait Greg.mor.xv. Religioſus aūt nō viuens prout debet: hypocrita eſt: quia ſimulator hypochrita eſt: q̄ duo intendit.ſ. occultare quod eſt: ⁊ oſtendere quod nō ē. mor.xxvj. Qualia intendit predictus ſimulator. Unde ⁊ vita: i breuitate puncto cōparatur. ait Seneca epiſtola.lxxx. Non eris (inquit) non fuiſti: vtrunq̧ tempus alienum in hoc puncto.ſ. preſenti coniunctus es. ⁊ de iſta tempo
K ris breuitate ſcriptura proteſtatur i multis locis. Job.xiiij. Breues dies hominis ſunt. Ibi mor.xij. Velut non eſſe conſtat quod cum tanta velocitate tranſcurrit. Job. vij. Expectate paulliſper: ꝯfuſi ſunt. Ibi mor.vij. Parum eſt quicqd finitur. Tempus enim breue eſt i.cor.vij. De temporis breuitate facit Sen. librū de breuitate vite. Ubi hanc breuitatem eleganter oſtendit. ¶ Item hoc punctale
L tempus: eſt (velut trāſitus) irretardabile. Job.vj. Fratres mei pterierūt me ſicut torrēs inundās. Ibi.mor.vij. Momenta temporis (quo ſequunt.ſ. hominem) fugiunt: ⁊ quo accipiūt amittūt. Job. vij. Dies mei veloci⁹ trāſierūt ⁊c. Ibi mor.viij. Tempus ſemp deſinens indeficienter conſumim⁹. ⁊ ad finem noſtri itineris etiā quieſcendo peruenimus: ⁊ per curſum noſtri tranſitus etiam dormiētes imus. Job.xxiiij. Eleuati ſunt ad modicum. ⁊ non ſubſiſtunt. Ibi mor.xvij. Gloria iniquorum quaſi ſtabilis eſtimat. Sz cū hāc repentinus finis intercipit: breuem fuiſſe deprehendit. Et de vtroq̧
M horum Sen. epiſtola.51. Infinita eſt volubilitas tēporis: punctū eſt qđ viuimus. Et ep̄la.cij. Reſpice celeritatem rapidiſſimi temporis per quod citiſſime currim⁹. Et de hoc idem de breuitate vite recitans illud Uirgilij. Optima queq̧ dies miſeris mortalib⁹ eui Prima fugit: ſubeunt morbi triſtiſq̧ ſenectus. Et labor: ⁊ dire rapit inclementia mortis. Ideo nō eſt ceſſandum a fructuoſo labore in tam breui ⁊ volatili tempore: ait ibidem ponens exemplū bonum. Cum celeritate temporis:
N vincendi celeritate certandum eſt velut de torrente rapido: nec ſemper fruendo cibo hauriendū. Et epiſtola.cviij. Non dixit virgili⁹ ire dies: ſed fugere. Quid igit ceſſamus noſipſos concitare: vt velocitatem rapidiſſime rei poſſim⁹

equare? Jmo non ſolum fugit tē-
pus ſed volat: ait Tull⁹. iiij. tuſ. q.
dicit ꝙ etas noſtra volat. Et hoc
ſiue quieſcamus ſiue laboremus.
Unde Greg. i. regiſtri. Uita nr̃a:
nauigationi ſimilis eſt. Js enim
qui nauigat ſtet: ſedeat: iaceat: ſē-
per vadit. q2 impulſu nauis duci-
tur, Sic ꝛ nos ſiue vigilantes: ſi-
ue dormientes per momenta tē-
porum quottidie ad finem tendi-
mus. ¶ Conſimile exemplum
ponit Señ. epl'a. lxxiij. dicēs: ꝙ
ſimiles ſumus nauigantib⁹. Jō
debet homo feſtinare ad laborā-
dum. ait idem epiſtola. xxxiij. di.
ꝙ homo debet feſtinare in hac
breuitate vite: ac ſi a tergo hoſtis
inſtaret. Et vere hoſtis a tergo in-
ſtat: quia mors. Señ. epiſtola. 51.
Mors ſequitur: fugit vita. No-
P ſtrū eni viuere eſt a vita tranſire.
ait Greg. mor. xi. ſuper illō Job.
Et fugit velut vmbra. Hoc eniz
inquit quod viuimus nihilo pro-
ximuz eſt: ait Señ: epl'a. ciij. Uñ
de Ecc. viij. Quid neceſſe eſt ho-
mini maiora ſe q̃rere: cū ignoret
qd ↄducat ſibi vita ſua numero
dieꝝ pegrinatōis ſue ꝛ tpe q̃ ve-
lut vmbra pterit. Et Ecc. xi. Ne-
ſcit ꝙ tp̄s ptereat: ꝛ mors appro-
piquet ꝛ religt oia alijs ꝛ moriat.
¶ Jtem tempus ſic breue ꝛ vo-
latile eſt irredibilitate irrepara-
Q bile. Job. xvj. Breues anni tran-
ſierunt: ꝛ ſemitam ꝛc. De his tri-
bus ſimul. ſ. ꝙ breues anni: tem

poris punctalis modicitas: ꝙ tra-
ſeunt: fugax velocitas: q2 non re-
uertitur: impoſſibilis redibilitas
Greg. mor. xiij. Omne quod trā-
ſit breue eſt. Et poſt. Ad conque-
renda premia laboribus iterum
non venimus. Señ. epl'a. cxxij.
Fluunt dies: ꝛ irreparabilis vita
decurrit. Et epl'a. cx. Fugit irrepa-
R rabile tempus. ¶ Jtem tempus
irredibile eſt viuentium in tem-
pore conſumptio: ꝛ ad laborādū
inhabitatio. Homo eni infirm⁹
eſt ꝛ exigui temporis. Sap. ix. Et
Sap. ij. Exiguum ꝛ cū tedio tē-
pus vite noſtre. Si enim in pote-
tatib⁹ octuaginta anni: amplius
eorum labor ꝛ dolor. Jdeo antꝗ
deficiat homo a tempore conſu-
mente laborare dʒ. Ecc. xi. Si an-
nis multis vixerit homo: memi-
niſſe dʒ tenebroſi temporis. Se-
neca epiſto. cx. Meliora preter
uolāt. ſ. temporā: deteriora ſucce-
dunt. Et ponit exemplum. Quē-
admodū amphora primū quod
S eſt ſinceriſſimum effluit: grauiſſi-
mum quoqꝫ turbidūqꝫ ſubſiſtit:
ſic in etate noſtra: quod eſt opti-
muz: in primo eſt illud exhauriri
in alijs patimur: Et ſequit illud
Uirgilij: ſupra poſitum: Optima
queqꝫ dies: ꝛc. Et eadeʒ epl'a an.
Agit nos: agiturqꝫ dies: in ſcij ra-
pimur. Sequitur quod ſubeſt: ſe-
gnitis ꝛ languidius eſt: ꝛ propius
fini. Que enim in iuuentute nō
congregaſti quomodo inuenies



in ſenectute. Ecc. xxv. Jdeo di-
cunt dies mali. Geñ. xlvij. Dies
annorū peregrinationis mee cē-
tum viginti anni: pauci ꝛ mali,
T ¶ Jtem ſub tpe ſic conſumpti-
uo vita noſtra eſt fragilitate defe-
ctiua: ꝛ ad reſiſtenduʒ corruptio-
ni inualida. Jacobi. iiij. Que eſt
vita noſtra? Uapor ad modicum
parens. Omnis enim caro fenū
Jſay. xl. Job. xiiij. Eleuati ſūt ad
modicum. Ibi mor. xvij. Bona
exempla de vite fragilitate: ꝙ cō-
paratur fumo. nebule: ſpume: q̄
ad modicum apparent. ꝛ cito diſ-
parent. Aug. de verbis dn̄i ſmo-
V ne primo. Fragiliores ſumus va-
ſe vitreo: q2 ꝛ ſi caſus vitro timea-
tur: non tamen ſenectus: aut fe-
bris. Sequitur. Si caſus nō acci-
dat: tempus ambulat. Uitat ho-
mo que extrinſecus ſunt: quod in-
tus naſcit ꝓpellit: Quaſi dicat: nō
Et poſt. Dies decidūt ꝛ accedūt:
veniunt dies ꝛ eunt. non vt ſint
nobiſcum: ſed vt tranſeant: ꝛ
cum tranſeunt: minus nos vale-
re faciunt. Jdeo Aug. iiij. confeſ.
vita iſta eſt mors viuentium. Et
de ci. c. xiij. dicit ꝙ non eſt niſi cur-
X ſus ad mortē. Unde vita hec: q̄ſi
facula eſt: ꝛ mors eſt: ait Seneca
epl'a. lxxxix. ꝛ. cxv. dic. ꝙ hic diu
viuere eſt diu mori. Nec eſt curā-
dū ꝙ diu viuit: ſed ꝙ bn̄. ¶ Jtē
tempus tale (quale deſcriptuʒ eſt)
eſt incertum ſui terminabilitate.
Job. xxxij. Neſcio q̄ diu ſubſi-

ſtam: ꝛ ſi poſtmodum tollat me
factor meus. Ibi mor. xxiij. Ne-
ſcit q̄ diu iudicium ſubſiſtit hic:
ꝛ quando ad dei iudicium tollat
ignorat, Jdeo hec vita compara-
tur vento: quo nihil inſtabilius: ꝛ
Y cuius mutatione nihil incertius.
Job. iij. Memento q2 vent⁹ eſt
vita mea. Et. xxxvij. Uentus trā-
ſiēs fugabit eos. Ibi. mor. xxvij.
Uentus tranſiens eſt vita pn̄s.
Et Aug. de verbis dn̄i ſermone
lxxix. Breuis eſt vita noſtra: ꝛ ip-
ſa breuitas ſemper incerta. Seq-
tur. Jndulgentiam tibi deus per-
mittit: diem craſtinum quis pro-
mittit? Quid differs in craſtinuz.
Uita longa erit: Jpa longa ſit bo-
na. Quod ſi longa erit: meli⁹ bo-
na erit: Job. xv. Numerus ā no-
rum eius incertus. Ibi mor. xv.
Cur quaſi de certo tollit: cuius vi-
ta ſub pena incertitudinis tenet.
Hiero. epl'a. lxxix. Nihil ita deci-
pit q̄ cum ignorent hoies ſpatia
viuendi: longiorem ſibi vitaʒ re-
Z promittunt. Luc. xij. De diuite q
dicebat: quid faciam? Non hēo
vbi congregem fructus meos.
Sequit. Hac nocte. repetent ꝛc.
¶ Jtem tempus tranſiens mo-
dis dictis eſt excluſiuum omnis
tēporis ad merendum. Jurauit
enim angelus: ꝙ non erit temp⁹
amplius. ſ. ad merita colligenda.
Apoc. x. Ecc. ix. Quodcūqꝫ pōt
manus tua: inſtanter operare: q2
nec opus, ꝛc, Super quod Gre-

goꝛi⁹.moꝛ.ix.in fi. Tota intentione curandum eſt: vt cum temp⁹ vacationis accipimus: bene viuendi ſtudio: maloꝛū vltima ſupplicia fugiamus.

A ¶ His ergo cōſiderationibus de temporis breuitate. ſ. q̄ eſt breuitate punctale: velocitate tranſitus volatile: irredibilitate irreparabile: ⁊ ſic de aliis debet religioſus ſtimulari: ⁊ moueri: ne cōceſſo ſibi tempore abutatur. Sed toto nixu: toto affectu ſtudeat: tempus ſuum bene expēdere: vel deum querēdo in ocio contemplationis. Iſay.v. Querite dominum: dū inueniri pōt: vel proximis benefaciendo. ſ. doctrine informatione: beneficētie cōſolatione: diſcipline cohertione. Hec enim debet homo proximo ſm Aug. epl'a.xxxiij. Iō Sal.vi.

B c. Dum tempus habemus operemur bonum. Toto enī tempore diſcendum eſt viuere. ait Sene. de breuitate vite. Et Au.epiſtola xlvij. Neqꝫ in tempore vtiliter viuitur: niſi ad comparandum meritum: quo in eternitate viuatur. Ideo ſtudium ſanctorum fuit: in toto tempore ſuo: ⁊ ſingulis horis temporis: virtuoſis ſtudijs occupari. Ut de magiſtro gentium Paulo exemplum ponat. ait enī Haymo ſuper primā.coꝛ.c.i. In ſcriptis patrum legimus de Paulo: q̄ a prima vſqꝫ ad quintā horam labori manuum inſiſtebat.

C Ab illa vſqꝫ ad decimam predicationi vacabat. Poſt decimam pauperum peregrinorumqꝫ hoſpitalitatem: ⁊ corporis ſui neceſſitatem procurabat. Per noctem vō orationi inſtabat. Et propter hanc aſſiduitatem (qua per ſingulos dies ⁊ noctes gratias laudeſqꝫ domino referebat) ait ſe ſemper gratias agere. i.coꝛ.i. ¶ Cōſimiliter exemplo principum virtuoſorum ſic eſt faciendum. Ut enim dicit in laudem Theodoſij .i. hiſtorie tripartite: ſolebat per diem exerceri armis ⁊ corpore: ſubiectorumqꝫ negotia diſceptare. totis vō noctibus libris incumbere. Unde legitur habuiſſe candelabrū arte mechanica factum fū-

D dens ſibi oleum in lucernam: vt laboꝛib⁹ nemo affligeret: ⁊ vt nature vim faceret: ſomno repugnās.

¶ Similr̄ exēplo philoſophorum homo moueri ad precauēdum temporis āmiſſionem: q2 nullo tēpore vacabant a ſtudio philoſophie ⁊ virtutum: prout patet i geſtis eorum. Unde Sen. epiſtola lxxviij. Sapiens ſtudium putat q̄ viuit. Et de eorum ſtudio indeſ-

E feſſo. Ual. lib. viij. Ubi narrat de Solone moriente: q̄ ſemper ſe grabat ad ſtudia: quibus ſe ſignificabat quotidie aliquid adiſcentem ſeneſcere.

¶ Caplm ſecundū de ocij in tēpore periculoſitate: ⁊ q̄bus modis tempus āmittitur.



Eſcriptis temporum qualitatibus: ⁊ quarum conſideratione dz religioſus precauere ne tempus āmittat: videndū eſt quibus modis āmittit̄. Et notandū: q̄ principaliter āmittitur tribus modis. ſ.

F ¶ Deſidioſa occioſitate.

¶ Labor̄ īfructuoſa occupatōe

¶ Bonorū operū deordinatiōe

¶ Primo ergo notandū: q̄ eſt cauenda deſidioſa occioſitas: eo q̄ multum nociua: teſtante ſcriptura. Ecc.xxxiij. Multā malitiam docuit occioſitas. Unde dicit Beatus Franciſcus in regula q̄ ocium eſt anime inimicum. Et hoc propter multa. Nam occioſitas eſt anime in ſua intellectiua tenebratiua. prouer.ix. Qui ſectatur ocium. ſtultiſſimus eſt. Et ve-

G re ſtultiſſimus q2 ſtultitia eſt rerū appetendarum: ⁊ vitandarū: nō quelibet: ſed vitioſa ignorātia. ait Au. de libero ar. in fi. Unde ſtultus eſt ocioſus qui non declinat vitanda: Stultior qui non colligit merita nec deſiderat appetenda. Stultiſſimus qui cumulat ſibi ſupplicia. ¶ Item ocioſitas ē anime quo ad ſuā poteſtatiuam eneruatiua: ⁊ in deſidiam reſolutiua. Ut enim di. Ual. li. viij. c. viij. Eſt ocium quo euaneſcit virtus: ⁊ aliud quo recreat̄. Alterum eſt inhertibus vitandum: aliud ſtrenuis appetendum. Illis: ne vitā ſuā eneruē extinguāt: his: vt item peſtiua laborum remiſſione: ad laborādū vegetiores fiāt. ¶ Idē li. vij. c. ij. Nimia quies reſoluit i deſidiam. Nam eſt ocium deſidie: ⁊ ocium cogitationis. ait Augu. de vera reli. c. vij. Unde dn̄s cōquerit̄ d̄ ocioſis. Ezec. xvi. Hec fuit iniquitas Sodome ſaturitas panis ⁊ ociū: ⁊c. ¶ Item ocioſi-

I tas eſt anime quo ad ſuam affectiuam maculatiua: ⁊ bonor̄ euacuatiua: ⁊ diſtractiua. Un̄ Ethnicus. i. Ouidius. Cernis vt ignaui corrumpūt ocia corpus. Et vicium capiunt ni moueātur aque. Et Lucanus. Uariam dant ocia mentem. ¶ Item ocioſitas ē aīe quo ad ſuā memoratiuam: ſiue vim conſideratiuam: vel ingenium: hebetatiua: q2 eſt rubigo aīe

K ait Sen. epiſtola. cxxiij. di. q̄ ocium quaſi rubigo ingenij. facultatē ſiccat. Et Alexander. necꝫ ſuper bibliam. Eſt ocium deſidie: ⁊ ocium vacationis. Sequit̄. Torpoꝛ deſidie ingenij nobilitas degenerat: obnubilatur ſplendor: hebetatur acumen. Et ponit exemplū Ferrum rubiginem ducit. ſ. p ocium: ⁊ vitis nō putata in lambruſcam ſilueſcit. Et Sen. li. de prouidentia. Languent per inhertiā ſaginata. Et Ber. epiſtola. lxxxij. ad fratres de monte. Sūma mētis malitia ocium inhers. Sequitur. Ocium eſt quod vel nullam habet vtilitatem: vel vtilitatis intentionem: Ideo increpando ait

dñs occioſis. Quid hic ſtatis to
L ta die ocioſi? Matth.xx. ¶ Itē
ocioſitas eſt bonorū acquiſitorū
conſumptiua. ait Hiero. epiſtola
lxxxvij. Nihil ocio deteri⁹: quod
non ſolum non acquirit noua: ſꝫ
etiam parta conſumit. Sancte vi
te ratio proceſſu gaudet ⁊ creſcit:
ceſſatione torpet ⁊ deficit. Sequi
tur. Tam diu non labimur retro
q̃diu ad priora contendim⁹. At
vbi ſtare deſcendimus: noſtrūq;
nō progredi: iā reuerti ē. ¶ Itē
ocioſitas eſt diſcurſuum inutiliūꝫ
M occaſionatiua. ⁊ verborum inuti
lium multiplicatiua. i. Thi. v. de
viduis adoleſcētulis. Volūt ocio
ſe diſcurrere: domos circuire: nō
ſolū ocioſe ſed verboſe: ⁊ curioſe
¶ Item ocioſitas eſt Sathane
ad hoſtium cordis introductiua
Hiero. epiſtola. lxxij. Fac ſemper
aliquid boni operis: vt te dyabo
lus occupatum inueniat. Et Cri
ſo ſup. Jo. Omel. vij. Per ope
ra impeditur introitus dyaboli.
Item Aug. iij. de ci. c. viij. dic. q̄
q̄to minus hominem occupatū
inueniunt: tanto magis ipſi. ſ. de
mones occupant. Unde Caſſia
nus. li. col. ante fi. Hec eſt ſenten
tia patrum operantē monachū
N vno demone pulſari: occioſum:
innumeris ſpiritibus deuaſtari.
Math. xij. De ſeptem ſpiritibus
nequioribus. Inueniat eam ſco
pis mundatam: ⁊ vadit ⁊ aſſumit
ſeptem alios ſpiritus nequiores

ſe. ⁊c. ¶ Is igitur conſiderationi
bus ⁊ multis alijs: cauēda ē ocio
ſitas. Unde Ber. ij. ad Eugeniū
In ocio cauendum eſt ocium: fu
gienda proinde ocioſitas mater
nugarum: nouerca virtutum. Et
Señ. lib. de clementia. Emollit
ocium vires ſicut rubigo ferrum
Et poſt. Fax imota torpet: ignem
exagitata reſtituit. Et vt breuiter
concludat: ocioſitas facit: hoiem
non viuere debito modo viuēdi.
O ait Señ. epiſtola lviij. Ocioſus
non ſibi viuit: ſed quod turpiſſi
mum eſt ventri ⁊ ſomno. Seqt.
Ille non viuit qui nemini viuit.
⁊ q2 ocioſus non viuit ad ſuā nec
alterius vtilitatem: ideo quaſi nō
viuit vero modo viuendi. Quia
homo ad laborem naſcit. Job. v.
Qui ergo non laborat labore hu
mano: non viuit vt homo. Ecc.
vltimo. Deum time: ⁊ mandata
eius obſerua: hoc eſt eni omnis
homo. Ubi Augu. xx. de ci. c. iiij.
Quicunq; enim eſt hoc: eſt cu
ſtos mandatorum dei. quoniam
qui hoc non eſt: nihil eſt. Et quia
P ocioſus nec deum timet: nec mā
data eius obſeruat: ideo non vi
uit vero modo viuendi. ¶ Ca
uenda igitur occioſitas tum rōe
conſiderationis deſcripti tempo
ris: vt habitum eſt: tum ratione
neceſſarie pparationis ad mortē
⁊ eiuſdem mortis ſubitationis p
ut dicit Saluator Matth. xxiiij.
Neſcitis qua hora dominus ve



turus eſt. Señ. epła. xiij. Omnis
dies ordinandus tanq̃ cōſumet
Q ¶ Item cauenda eſt ratione per
nicioſitatis vt dictum eſt. Jō an
tiqui magnates ⁊ militantes mul
tum cauebant ocium: q2 multuꝫ
obeſt: eoq; reſoluit in deſidiam ⁊
laſciuiam. Ideo Scipio nolebat
carthaginē emulā Romāis dirui
ſed contradicebat Catoni decer
nenti: vt dirueref: timēs infirmis
animis hoſtem ſecuritatem: put
R dicit Aug. i. de ci. c. xxx. Quod pꝫ
ex euentu: q2 illa diruta: Romani
reſoluti ſunt in deſidiā. laſciuiaꝫ
⁊ diſcordiam ciuilem: prout dicit
ibi: Unde ⁊ de Troya dicit. Virgi
lius. Inuadunt vrbem ſomno vi
noq; ſepultam. Et Ethnic⁹. Que
ritur Hegip⁹ quare ſit fact⁹ adul
ter: In promptu cauſa ē: deſidio
ſus erat. Añ Hanibal dux Car
thaginenſium: de nocte ſurgere
ſolitus non requieſcebat ante no
ctem: crepuſculo autē: ſocios ad
cenam vocabat. ait Poli. li. v. c.
vij. Ut enim ait Aug. epła. v. Lo
S quens de Roma recitans verba
Juuēalis dicit. Seruabat caſtas
humilis fortuna latinas. Quon
dam nec vicijs contingi parua ſi
nebat Tecta labor: ſomniq; bre
ues ⁊ vellere tuſco. Vexate dure
q; manus ⁊ proximus vrbi. Ha
nibal: ⁊ ſtantes collina turre ma
riti. Et poſt. Nunc patimur lon
ge pacis. dāna: ſenior armis. Lu
xuria incumbit: victamq; vlciſci

tur vrbem. Nullum crimē abeſt
facinuſq; libidinis ex quo. Pau
pertas romana perijt ⁊c. ¶ Itē
philoſophi ſtudentes: ſūme caue
bant ocioſitatem: ⁊ laborioſo ſa
pientie ſtudio indulgebant. Ait T
Val. li. vij. c. viij. Ociū induſtrie ⁊
ſtudio maxime contrarium vide
tur. Obnubilat enim intellectiuā
⁊ quaſi rubiginat memoriaꝫ ⁊ in
genium: vt dictum eſt. Ideo ait
ſapientia diuina ecc. vi. Quaſi is
q arat ⁊ q ſeminat accede ad illā.
⁊. c. vi. Colluctata eſt anima mea
in illa. Et prouer. ij. Si queſieris
eaꝫ quaſi pecuniam: ſicut theſau
rum effoderis: tunc intelliges ti
morem domini: ⁊ ſcientiam dei
inuenies. Ut enim dicit Hugo in V
didaſcol. Apud antiquos q̃tuor
portabāt lecticā philologie. ſ. phi
los ⁊ nopoſ. i. amor ⁊ labor ⁊ phi
lemia ⁊ agremia. i. cura ⁊ vigilia
In amore eſt vt agas: in labore
vt perficias: in cura vt puideas:
in vigilia vt attendas: ait ibidē.
¶ Item vulgares homines ⁊ la
borātes: ſumme cauere debent
ocium: eoq; eneruat virtutem ⁊
potentiam: vt dictum eſt. Unde
⁊ Ade dictum eſt poſt peccatum.
In ſudore vultus tui veſceris pa X
ne tuo. Et prime theſa. iij. Qui ñ
laborat non manducet. Sed ⁊
laborātibus dicitur in pſ. Labo
res manuum tuaruꝫ quia mādu
cabis: beatus es. ⁊c. Unde Criſo
ſtom⁹ ſuper Jo. omel. xxvi. puer

ſi facti ſumus ab ocio. Sequitur. Non laborare: nos corrumpere aſſueuit. Et val. li. vij. c. ij. dicit: negotium populo Romano: melius quam ocium cõmitti. Nouit enim impia mens a cognitione rerum ad virtutem capeſcendã reſolui. Sequitur. Negotium nomine orridum: moles noſtre ciuitatis i ſtatu ſuo continuit. Blande appellationis quies plurimis vitijs reſperſit. Jõ Auicene. iiij. phie. Oportet ordiare ciuitatẽ in tres partes. In diſpoſitores: miniſtros: et legiſperitos: Et in quolibet horum ordinetur prelatus aliquis. et nullus ſit in ciuitate inutilis. Sed ab vnoquoque perueniat vtilitas. ¶ Ite religioſi et cõtemplatiui ſũme cauere debent occioſitatẽ eo quod reſoluit i tẽpore et inhertiam. Ber. vbi. ſ. In

Z ocio canẽdũ ẽ ociũ. Jõ Ambro. iij. de offi. c. i. dicit quod Scipio nõ minus erat negocioſus cũ ſolus erat. Et Moyſes cũ taceret: clamabat: cũ ocioſus ſtaret preliabatur. Unde et in ſilẽtio loquebat: et i ocio operabat. Exo. xiiij. et. xvi. Jõ de aia contẽplatiua dicit puer. vltimo. Panẽ ocioſa nõ comedit. i. refectionẽ celice contemplatiõis: abſque virtuoſo operẽ nõ guſtauit. Unde i vitis patrũ. li. ij. c. xij. titulo quod orãdũ eſt ſine intermiſſione: dicit. Non eſſe talẽ laborẽ: qualẽ orare deum. Quia ois alius labor hz aliquam quietem: oro vero vſque ad vltimã

A exalationẽ: opus hz magni certaminis. Unde Caſſianus in collatio. vbi. ſ. dicit de abbate Paulo: quod cũ in orto modico moraret et haberet ſufficientiã: collectis palmarum folijs: quotidianam penſam a ſe exigebat ad ocium cauendum: et in fine anni concremabat: probãs ſine opere manuum: nec in loco

B poſſe perdurare monachũ: nec ad perfectionis culmen poſſe cõſcendere. ¶ Cum ergo omni ſtatui hominum: ocium cauendum ſit: vt pretactum eſt: caueant eccleſiaſtici ocioſi: et ne inueniantur extra debitum ſtatum et ordinem: quos Ber. iij. ad Eugenium in fi. Quid ſibi vult: quod clerici aliud eẽ: et aliud videri volunt: Nẽpe: habitu milites: queſtu clericos: actu neutrum exhibent. Nõ. n. pugnant vt milites: non euangelicant vt clerici. Cuius ergo ordinis ſunt: Cum vtriuſque eſſe cupiunt: vtrunque deſerunt: vtrũque cõfundunt: vnuſquiſque autem i ordine ſuo reſurget. i. cor. xv. Iſti

C in quo: An non qui ſine ordine peccauerunt ſine ordine phibit. Sed credo ibi ordinandos: vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. Job. x.

¶ Capitulum tertium. De inutilium occupationum infructuoſitate.

C Onſequenter videndum quod non ſollum tempore diuinitus cõceſſo abutũtur deſidioſa ocioſitate torpẽtes

D ſed etiam: ſed etiam qui infructuoſis occupationibus et laboribus inutilibus fatigãtur. vnde Hierony. epiſtola. lxxvij. Non ſufficit animalis eẽ ocioſum: ſi quis fuerit a bonis. ſ. ocioſus. Et poſt occupandum eſt bonis rebus ingeniũ et ſancte cõuerſationis vſus altius inſerẽdus. Et Augu. epiſtola. lxxij. aliquid eſt quod tibi dicere curaui: vt curis exueremur inanibus: et induere mur vtilibus. Unde occupatio i rebus ſupernaculis: eſt vite diminutiua: ait Seneca de breuitate vite. Nihil melius eſt hois occupati quam viuere: et nullius rei difficilior eſt ſcientia ſcilicet quam viue

E re. Nam viuere: tota vita diſcendum eſt. Et quod mirabilius eſt tota vita diſcendum eſt mori. vnde maximi viri vſque ad extremam etatem egerũt: vt viuere ſcirent. Sequit. Eius vita lõgiſſima eſt: qui quantumcunque potuit: totũ ſibi vacauit. Nihil inde occultum fuit. His vero ſcilicet occupatis neceſſe eſt defuiſſe: ex quorum vita multum populus tulit. Et ponit exẽplum bonum. Non eſt quod quẽquam propter cãos aut rugas putes diu vixiſſe: ſicut non putas multum nauigaſſe: quem tempeſtas a portu hucilluc que tulit. Non multum

F nauigauit: ſed multum iactatus eſt. Sic eſt de homine occupato. Non eni diu vixit: quia ſcilicet nõ ſibi vacauit: ſed diu fuit. vbi enumerat de his qui ſibi auferunt vitam dicens: quam vanus dolor: ſtulticia: auida cupiditas: blanda cõuerſatio abſtulerunt: quam exiguum tibi de tua relictum ſit intelliges ſcilicet cũ cõſideraueris: et ſcies te immaturum mori. Ex hoc pz fatuitas occupatorum in rebus ſuperuacuis. Ait ibidem. Homines predia ſua occupari a nullo patiũtur: et propter illa ad arma diſcurrunt: ſed in vitam ſuam incedere alios ſinũt: imo et poſſeſſores inducunt. Nemo inuenitur qui pecuniam ſuam diuidere velit. vitam

G vnuſquiſque quam multis diſtribuit. aſtricti ſunt in continendo patrimoniũ. vt autẽ ad iacturam temporis ventum eſt: profugaliſſimi ſunt in eo: cuius minus honeſta auaritia eſt. Et exemplificat de homine centum annorum: cum ad cõputationem ſue etatis reuocatur conſiderans quantum ei lis vxoris ſeruorũ cohabitatio: per orbem diſcurſio: quantũ morbi ſibi attulerunt. quantũ ſine vſu iacuit: videbit: pauciores ſe habere: quam cui in erat. Ideo tales multũ fallũtur:

H quia res omni theſauro precioſiſſima et incomparabilis ſcilicet temporis: vtiliſſima eſtimat. Nemo enim eſtimat tempus: cuius pene nullũ eſt precium: ait ibi. et vtitur eo laxius: quam gratuito. Ideo tales ſunt prodigi de re precioſiſſima: cum tamen eſſet parciſſime diſpenſanda. ait ibi. Non accepimus breuem vitam: ſed fecimus:

nec inopes eſt⁹: ſed pdigi ſumus
Et ponit exemplũ. Sicut ample
ppeſſi ad malũ dñm peruenerũt)
momento diſſipant: ſi bo bono
cuſtodi modice tradite ſunt: vſu
creſcunt. Ita etas noſtra bene di
ſponẽti multũ paret: ⁊ vita ſi v ſi
I ſciaſ lóga eſt. Sed aliũ tenet in
ſatiabilis auaritia: aliũ in ſupua
cuis laborib⁹ ſedulitas. Ali⁹ vino
madet: ali⁹ inhertia torpet. ⁊ ſic d
aliis. Ideo exigua pars vite eſt
qua viuim⁹: ⁊ omne ſpaciũ: non
vita ſed tempus eſt. Et ad litterã
ſi qs ſolerter cogitet q̃tũ ſibi eri
pit de vita ſua: ſomni prolixitas.
comeſſationum: ⁊ potationuz ſu
perfluarum diuturnitas: inutiliũ
occupationũ inumeroſitas: ocio
ſitatũ deſidioſitas, fabulationũ
K inanium vanitas: ⁊ internarum
meditationũ varietas: luculẽter
videbit: q modico tempore viuit
eo modo q̃ deberet. q2 nõ ad ſuaz
vtilitatem: vel ad agregãda me
rita viuit. Señ. vbi. ſ. Exiguum
tempus habem⁹: ſed multũ pdi
mus. Et epla prima. Quedã tẽ
pora nobis eripiunt. quedã ſub
ducuntur: quedam effluũt. Tur
piſſima tñ iactura que per negli
gentiaz fit. Sequit. Magna ps
iam preteriit. Quicquid etatis re
tro eſt mors tenet: pũ differt vita
trãſcurrit. Et poſt oia: aliena ſunt
L temp⁹ tantuz noſtrũ eſt. Sequit
Quanta ſtultitia mortalium ⁊ vt
vſq minima viliſſima: ⁊ irrepa

bilia ſibi iputari patiant. Nemo
enim iudicat: ſe quicq̃ debere q
tps accipit. Et tamẽ vt ait Sene.
de breuitate vite: id debet ſeruari
diligentius quod neſciat quis qñ
deficiat: ſicut tempus. Jõ aliorũ
iactura tolerabilis: non ſic de tẽ
pore: q2 nemo ãnos reſtituet: ait
ibidem. Et epiſtola. 50. Si mul
tũ ſupereſſet etatis: parce diſpen
ſandũ erat q̃to min⁹: q2 vix ſuf
ficit neceſſariis. Nunc aũt q̃ de
mentia eſt ſupernacua diſcere in M
tanta temporis breuitate? Ideo
eph. v. Uidete q̃ͦ caute ambu
letis: non quaſi inſipientes: ſed
vt ſapientes redimentes tps. ⁊c.
Magna fatuitas querentiũ ma
gnopere rex viliũ recuperationẽ
⁊ non querentiũ temporis perdi
ti redemptionem: cũ tamen na
tura dedit nobis tempus nõ ad
perdendũ: ait Señ. epiſtola. cir.
Non dedit nobis natura temp⁹
vt aliquid ex eo vacet perdere.
Et vide diligentiſſime: ſiq̃ multa
pereant. Aliud valitudo abſtulit N
aliud negotia. vitam nobiſcum
ſomnus diuidit. Et hoc tempore
tam anguſto: tãq rapido ⁊ nos
auferente: qd iuuat: maiorẽ ptẽ
in vanũ mittere? ¶ Ex dictis pa
tet: q occupationes inutiles ſunt
religioſis maxime precauende:
q̃ ſunt mẽtis pturbatiue. ait Se
neca. iii. de ira. Quemadmoduz
per frequentia vrbis loca in mul
tos incurſandum eſt: ⁊ aliq̃ñ ab



aliis retineri: ⁊ luto ſpargi neceſſe
eſt: ita ⁊ vago homini: mlta im
pedimenta: ⁊ multe querele inci
dũt. Jõ Luc. x. Martha Mar
O tha ſollicita es. ⁊c. ¶ Item ſunt
diuine cognitionis impeditiue.
Job. iii. Nonne quieui? ⁊c. Ibi
mora. v. Nequaq̃ mens ad ſu
perna attollit: ſi curar tumultib⁹
occupat. Job. xxxiii. Per ſom
nũ in viſione nocturna. Ibi mo
ral. xxiii. Cũ mens ab actionib⁹
ſopitur: tunc plenius: mandator
dei pondus agnoſcit. Sequitur.
Neq enim hõ diuiſus ad vtraq
P ſufficit. Et Grego. ſuper Ezech.
li. ii. omel. i. Anima q̃to circa ter
rena angitur: tanto in his q̃ ſunt
celeſtia minus videt: eo q curis
ſuis ex̃ ſe ducit: ⁊ ſic ad videnda
celeſtia min⁹ valet: q2 diuiſa. vbi
ponit exemplũ bonũ de fluuio: q
cũ ad multos riuos diuidit: ab
alueo deſiccatur. Job. xxxix. Nũ
quid noſti tps ptus hybicũ. Ibi
mor. xxx. Quo extra ſe ſpargi per
diſciplinaz mens non poteſt: eo
ſupra ſe intendere p pfectuz põt.
Et ponit exempla bona: in altuz
creſcere arbor que per ramos dif
funditur prohibet. Et cuz riuos
fontis obſtruimus: fluenta ad ſu
periora ſurgere puocam⁹. Sic i
tentioni anime: ſi exterior euaga
tio clauditur: receſſus interior ape
Q ritur. ¶ Item ſunt cognitionis
pprie excluſiue. Job. xxxiiii. Ne
q3 in hominis poteſtate eſt: vt ad

deum veniat. Ibi mor. xxv. In
his viſibilibus cor noſtrũ ſpargi
tur: ⁊ quid de ſe intrinſecus agit
obliuiſcitur. Job. xxxv. Suſpice
celum: ⁊ intuere. Ibi mor. xxvi.
Sparſis foris mentibus: ad ſeip
ſas redire difficile eſt. ¶ Itẽ ſũt
cordis vt ſepius in culpam im
pulſiue. Job. xxvi. Ecce gigãtes
gemũt ſub aquis. Ibi mor. xvii.
Ipſa occupatio ſeculariũ dignita R
tũ facilioribus vitiis tanto premi
tur q̃to maioribus curis grauat
Humanus enim animus deui
tare peccata vtinam valeat vel
quietus. Ecc. xi. ne in multis ſint
actus tui. vnde etiam a bonis oc
cupationibus antiqui magnates
abſtinuerunt: vt patet de Diocli
tiano ⁊ maximiano: qui dimiſſo
imperio: vitam priuatam elege
runt prout legit hyſtorie triparti
te libro. ii. c. iiii. ¶ Item antiqui
philoſophi ⁊ ſapientes: a talibus
abſtinuerunt vt patet in libris eo
rum. vnde Socrates: cũ ab eo S
q̃reret: quare non in forenſibus
negotiis verſaretur rñdit. Que
locus hic calet: ego neſcio: ⁊ que
ego calleo ideſt ſapio: loc⁹ hic ne
ſcit. Ego enim contemno q̃ auli
ci ambiunt: ⁊ que ego ambio illi
contemnũt: prout legitur in pro
logo Policrati. Sed libro ſatur
nalium. c. i. dicitur: q fuit Socra
tes grecus orator qui conſimilr
reſpondit. Petentibus enim in
conuiuio: vt aliquid de fonte clo

quẽtie proponeret: ait. Quod lo
cus hic ⁊ tempuſ exigũt ego non
calleo. Que autẽ ego calleo: nec
loco ſunt apta nec tempori: noue
T rant enim philoſophi: occupatio
nes impeditiuas eſſe ſapientie et
veri ſtudij: ideo ſe ab illis elon/
gauerunt: ⁊ quieti vacauerũt ꝑ/
ut patet in geſtis eorum. Vñ ſcri
ptura dicit. Tempore vacuitatis
ſcribe ſapientiam: ⁊ qui minoratꝰ
actu percipiet illam. Job. xxviij.
Sapientia vbi inuenitur? Sequi
tur. Mare loquitꝰ: non eſt mecũ
Ibi mor. xxiij. Quid maris no/
mine niſi ſecularium mentium
inquietudo ſignatur? Et pꝰ. nul/
lus eam ſcilicet ſapientiam plene
recipit: niſi qui ſe abſtinere ab oĩ
actionum carnalium fluctuatiõe
contendit. ¶ Qualiter autẽ ſan/
cti patres fugerunt ad ſolitudĩes
⁊ elongauerunt ſe a mundanis
occupationibus patet in vitis pa
trum: ⁊ libro' qui dicitur paradi/
V ſus: ⁊. vij. collationum colꝰ. prima
de fabula Macharij de quodã
tonſore: qui pro ternis denarijs
quemlibet detundebat: ⁊ ſic pua
mercede in acquirendo ſufficiẽ/
ter ſibi prouidebat: ⁊ cũ hoc: cẽ/
tum denarios marſupio inferre
bat ſcilicet in ſpatio temporis. au
diens autẽ: ꝙ in alia ciuitate q/
libꝫ dabat ſolidũ vnũ ꝓ tonſione
X illuc iuit. Ubi cum quolibet die
multos denarios lucraretꝰ: om/
nes expendebat: quia forte ibi
cariſtia. Quod ille cogitans: ait
intra ſe: melius eſſe redire ad ci/
uitatem vbi ex tenui queſtu: com
pleta corporis neceſſitate: exube
berãtia quottidiana excreſcebat:
ꝙ ymaginarium habere queſtũ
ſolidorũ: vbi nihil excupabat. Sic
ait Macharius meliꝰ eſt: tenuẽ
ſolitudinis fructum tenere: vbi
nulle cure ꝙ lucra magna affe/
ctare: que mundane cõuerſatio
nis quottidianis deffectibus cõ
ſumuntur. ꝙ eniꝫ difficile eſt va
rijs occupationibus indulgere:
⁊ non pati diſpendium vel in pu
ritate orationis: vel in tranquilli
tate contemplationis: vel in veri
tate locutionis: vel in perfectiõe
operationis. bene nouerunt in ta
libꝰ experti. ¶ Et qꝛ mlti decipi/ Y
untur in occupationibꝰ: eſtiman
tes vtiles q̃ ſunt nociue: notãdũ:
ꝙ eſt diſtrahi occupationibꝰ: et
ſic ammittere tempꝰ dupliciter.
¶ Interiꝰ ſcilicet. ¶ Et exteriꝰ.
¶ Interiꝰ tripliciter. Quando. ſ.
cor occupatꝰ. ¶ Vel vãis memo
rationibꝰ de preteritis. ¶ Vel fã
taſticis meditationibus: ⁊ auidiſ
affectionibꝰ circa pñtia. ¶ Vel Z
fluctuoſis timoribꝰ de futuris.
Job. iij. Qui edificant ſibi ſolitu
dines. Ibi mor. iiij. Mens qua
ſi quendam populũ patitꝰ: q̃ inſo
lenti cogitationuꝫ tumltu vaſtatꝰ.
Et exemplificat de tumultibus
cogitationum: quibus varia ho
minũ genera occupantꝰ. Unde ꝺ



auaris dicit. Cõſilia multiplicãt:
⁊ mentis ſinum: cogitationũ im
menſitatibꝰ latiꝰ expandunt: in q̊/
rum perſona iob. viij. Cogitatio
nes ſuccedũt mihi: ⁊ mens mea
in diuerſa rapitꝰ. Ideo Hier. iiij.
vſq; quo noxie morabuntꝰ in te
cogitationes: vt enim ait Sene.
epiſtola. lix. Nihil valet ſilentiuꝫ
